





Q. K. 1207.

Vc
1819

Q. D. B. V.

RUSTICUS SEDITIONOSUS,

quem,

RECTORE
MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. LUDOVICO,
LANDGRAVIO HASSIÆ, PRINCIPE HERS-
FELDÆ, COMITE IN CATTIMELIBOCO,
DECIA, ZIEGENHAINA, NIDDA, SCHAUMBURGO,
ISENBURGO, BUDINGA, &c. &c. &c.

HASSIACI LANDGRAVIATUS HÆREDE,
P R Æ S I D E

DN. IMMANUELE WEBERO

COM. PALAT. CÆSAREO, JURIUM ATQUE
HISTORIARUM PROFES. PUBL. ET ACADEM.
BIBLIOTHECÆ PRÆFACTO.



Patrono, Doctore atque Studiorum suorum promotore
re æternum Venerando,

In Cathedram producet,
D. August. A. MDCCVII.
A. R.



GEORG. MELCH. Hofmann / Spirâ-Nemes.

Gießâ-Häfforum, Typis Hennigi Mülleri.



1500

LIBRARIUS
BIBLIOTHECA

ANNO DOMINI

MDCCCXXXIII

IN

LIBRARIUS





PROEMIUM.

Nondum satis erat, turbari res Germaniæ, Patriæ nostræ lectissimæ, ob varia eaque atrocissima, quibus undique implicita fuit, bella, nisi etiam accesserint haud ita dudum, gravioraque reddiderint mala, execrandæ seditiones inauditique tumultus Rusticorum in Bavaria. Dedit ea res mihi ansam cogitandi *de Seditionibus Rusticorum in Germania*, maximè quæ superioribus temporibus contigerunt, & placuit demum, id argumentum speciminis Academici locò in Cathedram producere, præcipuè cum & ne nunc quidem satis sopitæ illæ rusticorum Bavarorum iræ ferantur, & alibi locorum, etiam in viciniâ turbas moliri eam gentem abundè sit notum. Acturus autem sum de Seditionibus non in genere, cum argumentum id sit futurum non Dissertationis Academicæ, sed vasti alicujus voluminis, & Exempla passim occurrant in Historiâ veteri tam Romana quàm Græca, quorum uberem copiam collegere Theod. Zvvingerus, *Theatr. Vit.*

*human. Vol. III. Lib. 8. p. 926. seqq. & Laurent. Bayerlingius, Magn. Theatr. Tom. VI. Tit. inimicitia fol. 277. seq. iisque addi vel maximè meretur illa Parisiensium seditio, in qua Barnabas Briffonius, Jctus celeberrimus laqueò suffocatus, cui fato conveniens habuiffè Symbolum: nondum effugimus fortune laqueos, refert Jac. August. Thuanus, Histor. L. CII. p. 199. edit. Aurel. Epitaphium ejus vide. ap. Barclajum, Satyr. Lib. I. p. m. 155. De universis istis, inquam, agere propositum nunc non est; Sed tantum verba facturus sum de *Seditionibus Rusticorum*. Et cum hæc etiam tractatio propter maximum suum ambitum nimis proluxa futura sit, non cum omnibus Rusticorum Seditionibus hac vice negotium erit, quas in aliis Europæ partibus unquam tentaverunt, & quarum exempla iterum proferunt laudati modò Autores, Zvvingerus, l. c. p. 921. & Bayerlingius, l. c. p. 274. seq. sed solummodò Seditiones nostrorum Rusticorum in Germania recensere animus est, quantum quidem per ingenii, quod scio quam sit exiguum, vires & per angustias temporis licebit. Incipiam autem à tertia, seu recentiore atate & seculis propioribus, ne, si ad ulteriora progrediar, dicendorum multitudine obruto ultra mensuram Academici speciminis sit abundum. Ut in titulo & vocabulis explicandis sim operosus, non puto esse necessarium, cum, quid sit Seditio, quid Rusticus, cuiuslibet satis constet. Nolo igitur rædium Onomatologicis Quæstiunculis creare; sed ad rem ipsam potius me statim accincturus, singulas Rusticorum Seditiones secundum potiora momenta, & temporum, quibus contigerunt, seriem sum recensiturus. Faxit DEUS T. O. M. feliciter!*

CON-

CONSPLECTUS DISSERTATIONIS.

- §. I. **S**editio Rusticorum Abbatis Campodunensis A. MCCCCXCI. in Algovia. Repressa fuit per Fœdus Suevicum. Quid Fœdus Suevicum? Quando interierit?
- §. II. Seditio Rusticorum in Alsacia, A. MCCCCXCIII. der Bundschuh. Articuli; Vexillum; Inuentio seditiosorum. Videtur in herba suppressa.
- §. III. Seditio Rusticorum in Diœcesi Spirensi A. MDII. cui ipsi etiam nomen der Bundschuh. Cœpit propè Bruchsaliam. Seditiosorum Tessera. Leges Coniurationis. Quid ad Seditioem impulerit? Seditiois incrementum, & pericula. Et tamen in tempore obuiam iitum.
- §. IV. Seditio Rusticorum in Brisgoviâ A. MDXIII. titulo des Bundschuh. Orta propè Friburgum. Ejus Auctor. Seditiosorum pœna.
- §. V. Seditio Rusticorum in Ducatu Wirtenbergico, A. MDXIV. Occasione Accisæ. Auctores, der arme Cunrad & Peter Gais. Seditiois incrementa, Tentata ejus placida compositio, sed frustra. Inde per vim repressa. Pœna Seditiosorum.
- §. VI. Seditio Rusticorum Abbatis Lorchenensis eodem tempore. Conditions, quibus in gratiam recepti.
- §. VII. Seditioes Rusticorum A. MDXV. in Carnia, & A. MDXVII. in Marchia Vinidorum.
- §. VIII. De Seditioibus Rusticorum Anni MDXXV. in genere. Auctores, qui de iis scripserunt.
- §. IX. Inspecie Seditioes Rusticorum in Sueviâ, quæ quidem jam circa finem Anni præcedentis in Hegovia, in Comitatu Lupfensi, cœperant. Sed plenius erupere in districtu Abbatis Campodunensis & uniuersâ Algoviâ. Exiit eas, nomine Fœderis Sueuici, Baro Trucceus, Fœderis Imperator, diuersis praliis. Cæteris in Algoviâ, & ad Lacum Bodamicum, fecit gratiam, & transactione res composita.
- §. X. Eodem tempore XII. Articuli publicari, Classica belli Rusticani. Eorum argumentum; Auctor. Prætexus Seditiois fuit Libertas Christiana; vera causa affectatio imperii Rusticani. Lutheri doctrina malè accersata.
- §. XI. Seditioes Rusticorum Odensvaldicorum. Dux Georg. Mezger. Vagantur per Franconiam & ad duras Conditions Comites Hobenlobicos & Lœwensteinios adigunt. Irruunt in Ducatum Wirtenbergicum, ubi

Wiesberg à capta crudeliter agunt cum Helffensteinio & aliis. Ditionem Moguntinensem invadunt, Cives Francofurtenses ad rebellionem inducunt. Sequuntur hos alia Civitates. Rinegavientes quoque Rustici tumultuantur. Odenwaldici cum aliis Franconicis juncti Herbipolim tendunt, & urbem capiunt.

- §. XII. Seditio nova Rusticorum Bruhreinensium in Diocesi Spirensi, levior initio, sed mox valde aucta. Formula seditiosorum, quâ socii convocarunt. Eorum Capitanei Fridericus Worm. & Joh. ab Halb. Praefecturam Odenbeimensem subigunt. Episcopum expellunt. Marchionatum Badensem invadunt. Eorum postulans consensu Marchio, Episcopus Spirensis Rusticos sibi conciliavit. In Ducatu Bipontino circa Tabernas Montanas seditio. Ejus Capita Jo. Wunderer & Jac. de Peckingen. Conjunxerunt se hi rebelles cum Bruhreinensibus. Ducatum Wirtenbergicum infestam. Brettam frustra tentant. Atractio etiam in societatem agmine Odenwaldico in Ducatu Wirtenbergico graviter sevitum.
- §. XIII. Seditio Rusticorum in Palatinatu. Trans Rhenum in pago Nussdorf. Causa, & incrementa Seditionis. Elector de compositione agit cum Rusticis; sed frustra. CisRhenum alios motus ciet Author Eisenhuth. Ejus ad ad Rusticos luera. Tentat & cum hoc pacem Elector, sed deceptus ad arma consilia vertit, & militem conscribit.
- §. XIV. Seditio Rusticorum in Episcopatu Aistetensi in Noricis. Consident ad Arcem Messingensem. A Duce Palatino Friderico celeritate dissipantur.
- XV. Ostenditur, quomodo punite fuerim & coercita Seditiones adhuc recensita. Truceffius rebus circa Danubium compositis in Ducatum Wirtenbergicum venit. Ad Beblingam rusticos fundit. Winsbergam capit; de rebellibus penas sumit. Tendit in Creigoviam; Jacobum de Peckingen ustulat. Elector quoque Palatinu exercitum educit adversus Rebelles. Bruchsalu aliquos capite plectit, interq; eos Eisenhuthum. Inde progressus Hulspari cum Truceffio suas copias conjungit. Movem versus Franconiam, à rebellibus hinc inde penas sumentes. Ad Königshofum magnas eorum strages edunt. Herbipolim recipiunt, cum tota Diocesi. Inde copias dividunt. Truceffius Schvveinfurti nonnullos ad penam vocat. In Bambergensi Episcopatu, & Onolbacensis Marchionis terris seditiosos compefcit. Hinc in Sueviam progreditur, ad Memmingam multos Rusticorum cadit. Interventu Ge. Fronsbergii cum reliquorum Capitibus, Casparo Schneidero & Walthero Bach, transigitur & seditio planè extinguitur.

§. XVI.

- §. XVI. Elector Palatinus postquam à Truceffio ad Heidingfeldam discesserat, in Palatinatum transiturus, aenea Ringavienfes, & rebelles Civitatis Moguntinensis multa, ibique locorum pacem restituit, non nisi quatuor capite plexis. Inde Oppenheimii Rhenum trajicit. Pfdersheimii Rebelleum sex mille casti, multi capite plexi, quos inter Michael Buschius & Rubischheimensis, Coryphæi. Rebelles civis Francofurtani auctoritate Electoris cum Magistratu & Clero conciliati. In Palatinatu Seditio extinguitur. Multa eorum, qui Limburgense Monasterium diriperant. Weissenburgenses ad Cesaris obsequia revocantur. Demum Germersheimii Rhenum transmittens Heidelbergam revertitur Elector.
- §. XVII. Seditio Rusticorum in Comitatu Tyrolensi. Ortum traxit ex alia, nata in Archi-Episcopatu Salisburgensi ob religionis persecutionem, cuius Duces Sebast. Maier & Gaismaierus. Hac composita Gaismaierus Rusticos Tyrolenses excitat. Sed à Fronsbergio profugantur. Gaismaierus ad Venetos profugit. Similis Seditio in Styria. Ansdam da Dieterici Staineri, Praefeti, sevitia. Dux Rusticorum Michael Gruberus. Schleimungium occupant, & in Nobiles crudeles sunt. Sed post Schleimungium recuperatum Nobiles gravem exercem vindictam.
- §. XVIII. Seditiones in Alsatia & Lotharingia. Notatur Pilladius. Causam falso tribuit Luthero. Potius ad Mûnzereum referenda. Rustici in Alsatia ad Tabernas castra locam. Lotharingiam infestant. Anthominus Lotharingia. Dux cum exercitu iis obviam procedit. Eorum prima clades ad Lupsteinium. Dux Tabernas Alsatias in deditionem accipit, Rusticis liber discessus promittitur; Sed non servatur fides. Inde clades secunda. Pilladii commentum, quò Ducis factum excusare vult. Tertia clades Rusticorum ad Schernvveiler, ubi Comes Isenburgicus concidit. Erasmus Gerberus, Rusticorum Antesignanus suspenditur.
- §. XIX. Seditio Clebergensis & Kolbentis agminum. Autor Bachinus, Civis Weissenburgicus. In Alsatia, Palatinatu, & maxime in Wasgovia tumultuantur. Succurrere volunt Alsatias, sed audia illorum strage dilabuntur.
- §. XX. Seditiones in Brisgovia (ubi Friburgum direptum, & vicinis incussò terrore Marchio Badensis aufugit) nec non in Suntgovia; sed placide composita.
- §. XXI. Seditiones Hasslo-Thuringicæ. Caeporum in Abbatia Hirschfeldensis & Diocesi Fuldensi. Corripuere terras Philippi, Landgravii Hassia; Sed ab eo celeriter iis in locis oppressa fuerunt.
- §. XXII.

- §. XXII. *Seditiones Thuringorum in specie.* Amor earum precipuus Thomas Münzerus; qui primum Pastor Zwickaviensis, deinde Alstedensis Saxonia eiecitur. Noribergam concedit, sed & inde pulsus vagatur per Germaniam Superiorem, & aliquamdiu apud Helvetios commoratus, in Thuringiam revertitur. Mühlhusa receptaculum invenit, & ibi turbas aiet. Pfeifferum socium sibi adsciscit, qui in Agrum Eichsfeldicum irruit.
- §. XXIII. *Seditiones in Comitatu Schvvarzburgico.* Comitatus hujus, hodie ex partem Principatum erecti, ampliundo. Quidam seditionis actum Arnstadii, & in aliis Praefecturis tam superioris quam inferioris Comitatus. Sondershufæ Cancellarium sibi iradi postularunt. Franckenhufa eorum midus precipuus. Compellunt Comitem, ut eorum voluntati se accomodet, quod à Duce Sax. Georgio Comiti Gumbero graviter impuatur. Sed male, & contra causam. Ordinatio Seditionum Rusticorum Franckenhusa publicata.
- §. XXIV. *Seditionum Rusticorum facinora qua in Thuringia perpetrarunt, summam indignantur.* Lutheri adversus eos edita scripta.
- §. XXV. *Principes demum arma adversus eos corripunt.* Ad Franckenhusam castraponunt, & cum in pertinacia Rustici monitu persisterent, arma in eos vertunt. Magna Rusticorum strages editur. Münzerus Franckenhusa captus Heldrunge tormenus subijcitur, & in castris ad Mühlhusum capite plectitur.
- §. XXVI. *Cum Mülhufenibus, seditionis Complicibus, de poena transactum.* Pfeifferus, cum 15. sodalibus gladio punitur. A Seditionis Salifensibus, Tenstadinis, Sangerhusanis in castris ad Mülhhusum poenas sumit Dux Sax. Georgius.
- §. XXVII. *Seditio corripuit quoque Misniam, in specie Lipsiam & alia Saxonia loca, à qua tamen circulus Electoralis plane immunis mansit.*
- §. XXVIII. *Poenæ Seditionum in Comitatu Schvvarzburgico tam superiore, quam inferiore.*
- §. XXIX. *Seditio Rusticorum in Austria superiore MDCXXVI. Causa, unde excitata fuerit. Vexilla rusticorum, & Dux. Obsident Linzium. Quater pralio superiores discedant. Tandem triplici clade à Pappenheimio affecti in ordinem rediguntur.*
- §. XXX. *Seditio Rusticorum Bavarica MDCCV. Occasio & causa Seditionis. Erupt in Bavarjâ superiore; ubi direptum Burghusium, Brunavia, Schardinga. Armistitium petunt Seditiosi, sed persude agunt. In inferiore*

riore Bavaria Kelheimium Kraufius, Lantio, occupat; fequitur Vitzbo-
 fium, & Monachium infeftatur. In Palatinatu superiore Sacerdos
 Müller urbem Cham praefidio Caf. eripit. Solertia Comitis Lövventei-
 nenfis, Caefarei Adminiftratoris, in Rufficis fedandis. Declarantur rebelles.
 Executio Generali Krichbaumio demandata. Legati Ordinum Imperii Ra-
 tisbona fibi metuumt. Marchio Onolsbacenfis & Dux Wirtenbergicus
 copias fubmittunt. Loca occupata recuperantur. Kraufius punitur.
 Seditiofi caduntur ad Vitzbovium, ad Sendlingen, ad Ardenbachium.
 Chamò in fuper. Palatinatu receptò Müllerus, Blaufürtuchius & Brat-
 vvurftius, feditioforum Capita, ad pœnas pofcuntur.

§. XXXI. Colophon imponitur factâ mentione Tumultuum, quos Ruffici in locis
 vicinis, videlicet in Valle Bufeckeranâ, & in Dynaftiâ Hoyngenfî, ad-
 verfus Territoriorum Dominos nuper excitaverunt.

§. I.

Prima, quantum ex Historicorum fcriptis
 conftat, Rufficorum Seditio contigit tempore Maxi-
 miliani I. Imperatoris, Anno Chrifti fupra Millefi-
 mum quadringentefimo nonagefimo primo. Parciffimæ in hu-
 jus recenfione Historicorum funt relationes, & non niſi apud
 Mart. Cruſium pauciſſimis verbis illius invenimus mentionem.
Annal. Suevic. Part. III. L. 9. C. 4. p. 493. Autores autem ejus
 extiterunt *Agricola Almgavici* ad Lubanum amnem. Almgav-
 gavia, aliâs etiam contractè *Algovia* vel *Algoia* (*Das Algau*)
 eſt Regio Germaniæ in Suevia, inter Danubium & Licium
 fluvium, & Lacum Constantienſem, in quâ etiam ſita *Abba-
 tia Campodunenſis*, perampla ditio, parochias ſub ſe habens 72.
 ac multos beneficiarios ex Proceribus & Nobilitate, ut deſcribit
 Cruſius, in *Paralipomen. Suevic. Annal. p. 84.* Hujus igitur Abba-
 tis ſubditi arma arripuerunt, aſſumptis in ſocietatem dubio pro-
 cul è vicinia aliis, cauſam cum ipsis communem facturis, cum
 vel ex numero caſorum appareat, unius Abbatis ſubditos Ru-
 fficos tantam ſeditioſorum multitudinem efficere vix potuiſſe.

B

Caſa

Cæsa enim quinque millia ex rusticis refert Crusius; Neque verò credibile est, omnes vel unâ vel successivis fragibus ad inter-
 necionem usque deleros. Extinctam fuisse seditionem hanc
 scribit Crusius à *Fœdere Suevico*, quale quod fuerit, paucis etiam
 indigitandum est. Constitit id non tantum ex Sueviæ Sta-
 tibus, sed & ex pluribus potentioribus Electoribus atque Prin-
 cipibus, & ab ipsis Imperatoribus Friderico III. & Maximili-
 ano I. robur accepit. Initium ejus refert Crusius, *loc. cit.*
L. IX. Part. 3. p. 482. ad annum 1488. sed antiquius esse do-
 cuit Dn. Joh. Phil. Datt. *de Pac. publ. L. II. C. 4. §. 7. & cap. §. 30.*
seq. Vocatur etiam aliàs *Bereinigung S. Georgen Schild / des*
Bundes im Land zu Schwaben / non, quod eandem origi-
 nem habuerit cum Societate Equestri Clypei S. Georgii, quip-
 pe quæ multò fuit antiquior, ceu iterum docet contra Cru-
 sium Dattius *l. c. L. II. §. 41.* sed quod Societas hæc tandem
 Fœderi Suevico accesserit, indeque nomen acceperit. *Cap. 3.*
§. 99. Scopus Fœderis Suevici laudatissimus utique fuit, ille
 scilicet, ut pax Francosurtensis per id ipsum conservaretur, ut
 ex Rescriptis Imperatoriis docet Dattius, *l. c. c. 4. §. 13. 14. 15.*
 Cum enim tum temporis omnia in Germania turbatum, gras-
 sationum & atrociorum essent plenissima, adversus ea mala
 praesidium expectabatur à Fœdere Suevico, quemadmodum
 etiam videmus, hanc rusticorum Seditionem per idem fuisse
 suppressam; & ex Mutio, *Chronic. German. L. XXX. Stumpfio,*
Annal. Helvetic. L. XIII. cap. 21. discimus, multis prædationibus
 obicem ab eò fuisse positum. Finem tamen habuit A. MDXXXIV.
 docente iterum Dn. Dattio, *l. c. cap. 24. §. 15. seqq.* & Secken-
 dorffio, *Hist. Lutheran. Lib. III. Sect. 7. §. 191.* cujus præcua
 hæc fuit causa, quod Fœdus hoc suâ autoritate & potentiâ
 ab usum, multisque in primis aut in Evangelicis Statibus formi-
 dabile redditum fuerit. Plura qui velit de hoc Fœdere, is,
 præter laudatum Dattium, evolvere potest Strauchium, *J.*
Publ.

Publ. Dissert. X. n. 3. seqq. p. 261. Wurfsteifen, Chron. Basiliens. Lib. VI. c. 17. alios.

§. II.

Rebellioni huic successit alia in *Alsatia*, A. MCCCCXCIII. de quâ refert Bernh. Herzogius, quod concurrens ex pagis quibusdam & urbibus magna, Rusticorum præcipuè, colluvies seditionem molita foedus inierit, idque ex veteri formula *Calceum militarem den Bundschuch* / vocarit. Conf. Seckendorff. *Histor. Lutheranis. Lib. II. p. 2.* In id foedus neminem receperunt, nisi qui juratò silentium atque fidem præstiterit. Constituerunt sibi certos belli Duces, & hisce legibus foedus suum fulcivè: ut (1.) Omnes Processus & Actiones coram judiciis Ecclesiasticis & secularibus, etiam Rothvveilensi institutæ aboleantur, & nemo adigatur ad æs alienum solvendum. (2.) Vestigialia atque tributa nulla debeant amplius præstari. (3.) Judæi omnes extirpentur, & bona eorum inter socios Foederis distribuantur. (4.) Clericis per annum non nisi 50. vel 60. floreni, unde victitent, relinquantur, reliqui reditus omnes ipsis eripiantur. Constitutum erat, in monte, vocato *der Hungers-Berg* congregari, inde in urbem Schleitstadium armatâ manu irruere, & Clericis bona diripere, indè, auctis viribus, ulterius progredi, & totam *Alsatiâ* occupare. Eum in finem vexillum confici curaverunt nomine *des Bundschubes* / sine dubio à *Calceo* isti inscripto, ut eò conspectò atque erectò majori numero rustici aliique seditiosi accederent. Ininitium Seditiosis debebat fieri brevi ante Festum Paschatos, & Helveticos in societatem allicere decreverant. Hæc sunt, quæ relata invenimus apud dict. Autorem *l. II. c. 71.* Quis progressus & exitus fuerit rusticana hujus pravitatis, non commemorat, & videtur ex verbis ejus, dum dicit, Deum consilia prava impedivisse, posse colligi, quod malum in herba fuerit suppressum. Cæterum ex hac narratione Herzogii obiter illud no-

ramus, Foedus Rusticorum, quod nomine **des Bundschutzes** notissimum est, antiquiores habuisse natales, quam vulgò creditur. Omnes enim ferè Scriptores id ad sequentia tempora referunt; Sed apparet ex dictis facilè, quod inventum Rusticorum Alsatiorum Spirenses suis institutis deinceps accommodaverint, de quibus nunc porrò dicemus.

§. III.

Mali corvi malum ovum; nec est dubium, quin ex seditionis conatibus Alsatiorum Rusticorum enata fuerit conspiratio pessimorum hominum in *Diocesi Spirensi*, de qua ad Annum MDII. & sequentem quamplurimi scriptores verba faciunt. Sic enim unò velut ore Nic. Baselius, *Additionibus ad Nauclerum*, p. 305. Crusius, *Annal. Sæv. P. III. Lib. 9.* Herzog. *l. c. l. II. cap. 73.* Author *Paralipomen ad Chronic. Ursperg.* Georg. Fabricius, *Orig. Saxon. Lib. IV. p. 844.* Dan. Pareus, *Medull. Hist. prof. p. 842.* Boecler. *reb. Sec. XVI. p. 219.* referunt, dicto tempore contra Principes & Clerum magnam Ruricolarum copiam insurrexisse, & quidem initia sumsisse furorum in pago **Untergrumbach** / propò Bruchsaliam, ad montes, qui nomen habent, **der Brührein** / autoribus duobus Rusticis, qui callidis persuasionibus complures alios in suas partes pertraxerant, præcipuè in Solingen & in ipsa urbe Bruchsalienti, cujus ferè dimidiam partem in eandem conjurationem consensisse duo in tormentis confessi fuerunt, teste Baselio, *l. c.* Ipsum Foedus, ut modò dictum, insignitum fuit Titulo **der Bundschutz** / & , quantum conjici potest ex relationibus Historicis, id nominis inde accepit, quod vexillis suis signi loco calceum inseruerunt. *Tessera* mutux cognitionis fuit, ut interroganti alteri: **Was ist das für ein Wesen?** alter responderet: **Wir können vor den Pfaffen und Adel nicht gehen.** Herzog *l. c. p. 164.* *Leges* conjurationis fuerunt istæ, (1.) ut abjecta omni subjectione more Helvetiorum liberi agerent.

rent. (2.) Ut singulis diebus quinquies orationem Dominicam & salutationem Angelicam flexis genibus orarent. (3.) Symboli locò haberent Deiparam Virginem & Johannem Evangelistam. (4.) ut omnem Principatum extinguerent, omnesque sibi restituros trucidarent. (5.) Bruchsaliam oppidum primum, & quidem ipso Die S. Georgii invaderent, inde Marchionatum Badensem, hinc Spitam, & dein Monachos. (6.) Bona Monasteriorum, Ecclesiarum & Clericorum diriperent, eorumque numerum imminuerent. (7.) Ultra. 24. horas cum exercitu in uno loco ne subsisterent, sed ad novas semper victorias properarent. (8.) Census vel Decimas Clericis aut Nobilibus ne darent, sed omne genus tributorum & exactionum à se amolirentur. (9.) Venationum, piscationum, pascuorum aliaque Nobilium jura ut omnibus libera reliquerent. Sic enim contrahere volumus Articulos, ad Exemplum Autoris *Paralipomen. ad Abb. Urspergensem p. 147.* cum ad 13. eos extendar Baselius. Quid infamem gregem ad turbas tales ciendas commoverit, patet satis luculenter, tum ex tessera ejus militari, tum ex Articulis modò recensitis. Erectus enim, exemplo Helvetiorum, qui tunc in armis erant, ad spem libertatis, eodem modo omne Magistratus jugum excutere cogitavit. Et negari quidem non potest, si temporum illorum conditionem spectemus, Cleri insatiabilem avaritiam eò processisse, ut succum ferè & sanguinem Laicis, ceu vocabantur, expresserint, à quò dum ad eas angustias redacti, ut Magistratibus quoque justa exigentibus, vel aliquando, ut fieri solet, iniqua petentibus satisfacere non potuerint, irà optimè sibi consuli posse putaverunt, si armatâ manu utrisque resisterent. Bœcler. *l. c. p. 221.* Et sanè ad summa pericula hæc res iis in locis spectabat, dum maxima jam & ultra numerum 7000. excrefcens furiosorum multitudo, teste Herzog. *l. c. p. 104.* Capitaneis sibi constitutis, ut Baselius refert, propedièm conglomerato agmine in loca

vicina irruitura erat, sumtura sine dubio brevi temporis spacio maxima incrementa, dum, propter causam, ut videbatur, communem, & proum plebis ad res novas ingenium non defuturi erant, qui iis undique accederent. Imò inter leges jurisjurandi, quo se invicem obstringebant, illa etiam erat, ut ad societatem, ubicunque possent, alios allicerent. Et submiserant jam secretò cállidos quosdam sollicitatores, qui per vicos & oppida circumeuntes, quos possent, contra Clericos, Principes, & quoscunque Magistratus in sui consortium pertraherent. Verum obsticit Divina providentia, ne succederent improbis pessima sua consilia, quod quomodo factum fuerit, Baselius hisce verbis breviter exponit: *Capti, inquit, hujus conjurationis primi Authores quæstionibus expositi arcanum impietatis sue ac iniusta conjurationis denudant, quo factò plurimi ex rebellibus capti atque trucidati justam malè gestorum panam receperunt. loc. cit.* Imperator Maximilianus de rebus istis certior factus nihil, quod sui erat officii, quidquam intermisit, sed convocatis Schlectstadium Electore Palatino, Episcopo Argentincnsi, Duce Wirtembergico, Comitibus Hanoviensibus, Rappoltsteineusibus, Colmariensi Civitate, aliisque, quorum res agebatur, vicinis Ordinibus de reprimendo furore deliberavit, &, quia necessitas efflagitare videbatur, missis in Imperium severis Mandatis, ut à coeptis desisterent, dehorratus est Rusticos, monuitque Principes, ut rerum suarum saragentes ejusmodi moliminibus sedulò obicem pònerent. Herzog. l. c. p. 164. Nec segnior Philippus, Elector Palatinus, in cujus etiam terris istam malitiam Rusticos invasisse testatur locus ex Fabricio adductus, cum vicinis Principibus, imò & cum Georgio Saxone communicatâ, sedulò cavit, ut ne vires eundo scelus hoc acquireret.

§. IV.

Mentionem facit Herzogius alterius cujusdam Seditionis Rusticorum in Brisgoviâ, cui etiam titulum des *Bundschuhs* imponit.

imponit. An Rebelles isti id nominis sibi ipsi sumserint, ad exemplum tumultuantium in Spirensi Dioecesi; an verò Herzogius id iisdem propter analogiam quandam attribuat, certò non dixerim; si quid tamen conjecturæ tribuendum, videtur vocem hanc pro Synonymo Rusticorum tumultuum habere. Cæterum originem refert Ad A. M D XIII. locumque, ubi rabies ista malè sanorum hominum erupit, nominat Lehem, pagum propè Friburgum. Autorem indigitat Jostum Folzium, Untergrumbachio oriundum, eò scil. locò, ubi Spirensium illa, de quâ locutus sum; seditio ortum nacta fuerat; unde facillè apparet, ex superiore illo Rusticorum morbo, tanquam per contagium, pestem hùc fuisse translata. Brevis est Historicus, & illud solum memorat, seditiosorum nonnullos quadrigis discerptos, alios capite, digitis alios truncatos, alios pecuniâ multatos, quare etiam non sunt, quæ hisce addere nos possumus. Herzog. *l. cit. Cap. 73. p. 165.*

§. V.

Fertile, si quod aliud, fuit hoc ævum infanis Rusticorum turbis, quales porrò circa annum supra sesquimillesimum decimum quartum in Ducatu Wirtembergico enatas legimus. Egerunt de iisdem breviter David Chytræus, *Saxon. Lib. VII. p. 189.* prolixius Linthurius, *Append. ad Fascic. temp. ap. Pistorium, Scriptor. rer. Germ. Tom. II. p. 114.* Crusius *l. c. p. 3. Lib. 10. p. 550. seq.* Joh. Tethinger, *Wirtembergia lib. 1. pr. ap. Schardium Tom. II. Op. Hist. p. 33. seqq.* & fortè alii, ex quibus summa rerum Capita succinctè referemus. Dux Ulricus Wirtembergicus, alieno ære valdè gravatus, ut rebus suis consuleret, mensuras & pondera diminui, atque aliquid (*exiguum, & non nisi nummum*) vocat Crusius, sed gravius vestigal, quod hodiè Accisiarum nomine venit, fuisse patet ex Tethingero, qui ità describit:

Aulæ

Aulæ à consiliis reperere, quod advena quivis
 Penderet in tota passim ditione tributum,
 Tum si quis propriis mactaret in ædibus, aut si
 Privatim moleret, vectigal pendere iustus,)

de singulis florenis exigi iusserat. Agrè id æquè ac alias ex-
 actiones tulerant Ruricolæ, fuitque unus præ cæteris, *Conradus*,
 vulgò *pauper* dictus, *Der arme Rung* / Rusticus Beutelspachen-
 sis, quem pro Duce & capite demùm cæteri sibi elegerunt; id-
 que ità evenisse fertur. Ad incitas redactus is crebrò & velut
 per jocum dicere solitus fuerat: non sum *potens consiliis*, ut no-
 men (*Conrad* quasi *Rann rath*) præ se fert, *Ich bin nicht
 Conrad / sed inops consilii, kein Rath. Der arme Conrad
 heiß ich / bin ich / bleib ich.* Aliquando cum istæ querelæ incre-
 bescerent, *Conradus* hic subindè suum *kein Rath* ingemiscens,
 in campum progreditur, palàque faciens circulum, exclamat:
 jam possum consulere, *Ich bin nun Conrad, quasi Ran rath:
 Qui non vult dare istum malum numum, mecum ingreditur
 hunc circulum.* Dictum factum. Ingrediuntur irritatorum Ru-
 sticorum nonnulli, & brevi post coeunt duo millia, aliosque
 plures ex *Remsa* valle attrahunt in consortium. Alius quidam
 Rusticus ex eodem Beutelspachensi pago, *Petrus Gais*, nova illa
 pondera pridè *Paschatis* ad sonum tympani & fistulæ in fluvium
Remsam conjicit, addens: *Si nos Agricola justè agimus, sub-
 mergimini; sin Princeps, natate sursum.* Prius igitur ubi fa-
 ctum, augetur Rusticorum malitia, augetur tumultuantium nu-
 merus. Datum indè signum ex omnibus templorum turribus,
 quod cum verè classicum esset, breve intra tempus plusquam
 quinque millia virorum telis hastisque, & aliis instrumentis
 etiam rusticis armatorum convenerunt. Principe tum tempo-
 ris extra Patriam commorante aliquoties à Præfatis & Mini-
 stris Ducis tentatæ compositiones, & eò etiam res perducta, ut
 aliquamdiu arma rebelles deposuerint. Sed recrudit malum
 circa

circà Pentecostes Festum, ubi reversus Princeps ad turbam se conferens, factisque promissis, quod omnes novæ exactiões intermitteri debeant, ad sanam mentem improbos reducere, hæcque placidâ viâ motos fluctus componere allaboravit. Sed parum aberat, quin in vitæ discrimen fuisset adductus, dum ad sævitiam conversi ità telis eum perierunt, ut salvus evadere vix potuerit, duris etiam & atrocibus verbis laceffitus, multaque ipsi, quæ injustè ageret, exprobata fuerunt, quod sic exprimit Tethingerus :

Objiciunt furiali murmure sumtus,
immodicos Venatores, turbamque supinam
Symphonerarum, ludos equitesque tubasque.

l.c. p. 36. Pars indè Schorndorffium per vim occupat, adituque Ducem excludit; Major pars in monte Cappelsbergensi confidet, ad quos in singulos dies se plures aggregaverunt, pessimi inter omnes Remsevallenses. Videns igitur Dux, quod sanis consiliis monitisque à Rusticis locus non relinquatur, ad arma itidem se vertit, militem cœgit, & cum eò Waiblingam versus progressus est, quò conspectò insana turba statim animis concidit, & effuso Principis exercitu Schorndorffium receptum, multi fugâ sibi consuluerunt, reliqui in Ducis potestatem reducti. Ex his octoginta in carcerem detrusi, & in Autores rebellionis per tormenta inquisitum fuit. Prætulit tamen clementiam rigori Princeps, & non nisi decem, si Tethingero fides, sin Crusio & Linthurio, sedecim vel octodecim capite plexi, quos inter Capitaneus Rebellium Beutelspachensis, Hanso Volmarius, cum aliis duobus antesignanis. Quadringenti circiter patrium solum vertere jussi, reliqui omnes in gratiam recepti, plurimi eorum, qui fugam arripuerant, ex pagis Winterbacho, Heppacho, Ruderspergo, Oberdorffio, Necklingspergo, Schlechtbacho, Grumbacho, Krumenhardo, Schornbacho, Haubersprunno, Urbacho, Hohengerna, Geratstetra, Beutelspa-

C

telspa-

telpacho, Schlichta, & ex oppidō Schorndorffio, sententia Cæsaris proscripti fuerunt. Talem exitum habuit & hæc periculosissima seditio, inquâ extinguendâ non minus ipse Imperator Maximilianus I. quàm vicini Status, Palatinus, Marchio Badensis, Episcopus Herbipolensis, missis auxiliariis copiis, maximè solliciti fuerunt. Venerant etiam *αὐτοπροσώπως* Episcopi Argentoratensis & Constantiensis, Comites Hohenlohenfis, Zollerenses, Wertenbergenses, Helffensteinensis, Lövvensteinensis, Sulzensis, Truccesii, denique Legati Helvetiorum, omnes partim consiliis, partim auxiliis afflictō Duci suppetias laturi, teste Crusio *l. c. P. III. L. 10. Cap. 4. p. 551.*

§. VI.

Laudatus modò Crusius rerum Suevicarum, si quisquam alius, sedulus & curiosus indagator *l. c.* relatum reliquit, quod circa idem tempus etiam subditi *Abbatis Lorchenfis* ejusdem seditiois participes fuerint, eâdemque ditionem ejus infecerint. Quis situs & conditio istius Monasterii sit, describentem, & memorabilia multa de eodem narrantem vide eundem *P. III. lib. 12. c. 35. Paralipomen p. 54.* alibique passim, nec non Martin. Zeilerum, *German. Nov. Antiq. c. 8. p. 194.* quo Lectorem remittimus, nosque nunc breviter illud tantum quoad seditiosos ex iis notamus. Postquam viderant Lorchenfes, rusticos Remsevalenses in ordinem redactos, isti utrò quoque ad obedientiam redierunt, his conditionibus in gratiam recepti, si promitterent, se nihil contra Cœnobium amplius facturos, nec sine permissu Abbatis aliò migraturos, præsertim qui mancipia sint, pensionem de corporibus suis annuatim persoluturos: nulla conventicula contra ipsum instituturos: nec signum campanis ad concurrendum daturos: multam propter rebellionem patratam soluturos: commoda ejus aucturos, incommoda depulsuros. Juramenti formulam, quâ fidem horum dederunt, exhibet Crusius *l. c. p. 557.*

§. VII.

§. VII.

In *Carnia* A. sequente MDXV. magnos quoque tumultus excitaverunt Rustici, maturè tamen profligati. Cum enim mense Julio Maximilianus I. Imperator Viennæ secum haberet Hungariæ & Poloniæ Reges, interea Coloni dictæ provinciæ libertatem adpetituri Austriaco imperio parere recusarunt. Sed casis à Jo. Herbersteinio duobus eorum millibus cæteri promptè ad officium redierunt, ut in *Hodæporico Matthie Cardinalis* refert Panegyristes Regii istius congressûs Richardus Bartholinus, Perusinus. Vid. Seckendorf. *Histor. Lutheran. L. II. p. 3.* Alios Rusticorum motus ob tributorum gravitatem in finibus Austriæ & Croatiæ in Marchia Vinidorum A. MDXVII. exortos, quos in Festo Michaelis Sigismundus à Dieterichstein, editâ factiosorum strage, oppresserit, narrat Sigism. à *Birken / Ber. Austr. p. 1255. seqq.*

§. VIII.

Transeundum nunc est ad funesta illa tempora, quibus non seditionem, sed Hydram Lernæam seditionum hominum extitisse, non Martem modò, sed & Litas Deas, & Aten illam Homericam cum Pandorâ Hesiodicâ in Principum perniciem conspirasse facile credideris. Ita enim in fatiis erat, ut unâ seditione extinctâ nova semper nasceretur, illaque lues totam penè Germaniam pervagaretur. Operosi fuerunt multi in describendis illis intestinis Rusticorum bellis; & quidem Wirtenbergicum Crusius. *l. c. P. III. Lib. 10. cap. 14. p. 584. seqq.* Item Petr. Gnodalius, *lib. VI.* ap. Schardium, *Script. rer. Germ. Tom. II. p. 131;* quæ circa Rhenum & in Palatinatu, Petr. Crinitus, & quidem lingua Vernacula, quod Scriptum tamen deinceps Latinitate donatum extat ap. Frekerum, *Tom. III. Script. rer. Germ. p. 194. seqq.* & in Epitomen contraxit Hubertus Thomas Leodius, qui idem quoque Thuringicam seditionem per-

sequitur, sed non satis accuratè, ut infra audiemus, ap. eundem Freherum *l. c. p. 23.* Motus rusticorum in Lotharingia descripsit Heroico Carmine, *lib. VI. & Rusticiados* nomine insigniuit Laurentius Piliadius, cum quo conferri meretur Herzog. *Chron. Alsat. Lib. II. Cap. 76.* Turbæ, quibus Franconiam afflixerunt Rustici, à Gnodalio, Crinito & Leodio passim notantur. Thuringicas seditiones ex Cyriaco Spangenbergio & Relationibus scriptis nos distinctè recenset. De singulis dicemus ordine, sed quantum fieri potest, breviter.

§. IX.

Initium factum est A. MDXXIV. Mens. Novembri in *Hegovia, Sueviae parte*, & quidem in Comitatu Lupfensi. Querebantur scilicet Subditi, se oneribus nimium quàm gravari, & cum querelis nihil se proficere posse putarent, Comiti Sigismundo, quæ voluere, sumtis armis atque adhibitâ violentiâ extorserunt. Sleidan. *Comment. L. IV. p. m. 107.* Hisce excitati in vicinia subditi *Abbatis Campodunensis*, Sebast. Brautensteinii, ipfis Januarii Calendis A. MDXXV. similiter arma corripuerunt, occupatoque cœnobio omnia depopulati sunt, ipsumque Abbatem Campoduno abegerunt. Equidem *Senatus seu Regimentum Imperii*, quod per absentiam Cæsaris Rempublicam procurabat, & tum Eslingæ erat, maturè malis istis remedium adhibere conatum est, missisque Legatis controversias quodammodo sopiuit, Sleidan. *Comment. L. IV. p. 108. & 112.* Verùm non conquevit æstus Rusticanorum, sed hisce successibus allacti mox alii *Algovia* penè *universa*, veteris Seditiosorum nidi, novò vere magno tandem numero congregati (quatuordecim enim millia comparabantur) inter Biberacum & Ulmam castra posuerunt. Movit adversus hos post frustrâ aliquoties tentatam placidâ viâ compositionem d. 7. Aprilis, nomine Fœderis Suevici ejus Imperator, Georg. Trucecius, Walburgi Baro; ad
Elchin

Elchingum Monasterium quamplurimos interfecit, recedentes profecutus est, & cum d. 12. Aprilis in Sex millia Rusticorum sibi obviam facta ad *Leipbesmium*, duobus infra Ulmam milliaribus oppidum, incidisset, plerosque trucidavit, quamplurimos in Danabium compullos submersit. Inde oppida *Leipheimium* & *Junzburgiam*, cum seditionis facientia, occupavit, quæ militibus diripienda permisit, & captos quosdam novarum rerum Autores ultimo supplicio punivit. Hæc dum aguntur, nec oblata iterum ab ipso etiam Regimento Imperii & Civitatibus paci locus datur, alibi, nempe prope *Walderingam*, duobus milliaribus ultra Ulmam, Rustici vires reparant, aucti copiis ex *Algovia* undique submissis, & in Clericos ac Nobiles nihil non crudelitatis exercuerunt. Ad hos quoque reprimendos se accinxit *Trucecius*, pridie Feriarum *Paschali* ad *Wurzag* oppidum circiter 7000. eorum cecidit, & sequente die alia octo millia sibi obviam facta, & caesis opem latura dissipavit. Inde porro d. 17. Aprilis cum exercitu perrexit ad *Algojos*, & ad *Brigantium* seu *Bodamicum Lacum*, ubi duo Rusticorum exercitus restabant, sedecim & ultra mille hominum (in quibus multi armis exercitati) numero constantes. Verum ad nonnullorum intercessiones, & ipsorum Rusticorum supplices preces *Trucecius* ab irâ tunc destitit, & d. 22. Aprilis positis armis impetratâque veniâ nebulones ad suos Lares se recipere sivit. Conventionis formulam *Lutherus* typisevulgari, & per Saxoniam dispergi curavit, sperans forte, ut *Thuringi* aliique rebelles eo exemplo placari possint. *Vid. Tom. III. Altenb. fol. 106.*

§. X.

Sapere poterant, si voluissent, ex inflatis hisce plagis turbulenti homines. Et sperabatur id quidem, sed frustra, tantasque deinceps ista pestis in animis Rusticorum sumisit vires, ut, quæ hæcenus gesta, nonnisi pro præludiis sequentium tumultuum

tuum haberi potuerint. Nam maximò illorum æquè ac publici damno brevi post XII. *Articuli*, ut per totam Germaniam divulgati, ità etiam Rusticis hic locorum insinuati fuerunt, quibus sub prætextu S.S. Evangelii, & Libertatis Christianæ, quid Rustica gens velit, postulabatur. Prolixiores sunt, quàm ut integri referri possint; habentur tamen ap. Petr. Gnodalium *l. c. p. 134.* & eorum summa huc redit: Ecclesiæ Ministros non nisi bonos præficiendos: Decimas non nisi certarum rerum solvendas: Indignam, quâ premerentur Rustici, servitutem esse abrogandam: Venationes & sylvas ipsis permittendas: Tributa & multas relevandas, Crusius, *l. c. p. 585.* Conf. Seckendorf. *l. c. p. 6. seq.* Author eorum credebatur à multis Christophorus Schaplerus, Concionator Memmingensis. Achill. Græfferus, *Annal. Augusti, ad h. an.* sed factam huic Viro injuriam Gnodalium putat, cum verius Thomæ Münzero, quo de postea §. XXII. pluribus, attribuendi fuerint, per emissarios suos Rusticis improba consilia suppeditanti. Postquam igitur jam constitutum erat apud Rusticos, frena mordere, non poterat non malè intellecta ista de Libertate Christianâ doctrina calcaria ipsis addere, ut eò impudentius in proposito pergerent. Reverà enim finis omnium istorum motuum erat Regiminis Politici extirpatio, & affectatio Rustici. Palam quippè gloriabantur, jam adventasse per Dei gratiam tempus illud, quo, inversò rerum ordine, habenis potituri sint Rustici, imò libertatis, seu licentiæ potius, tam certa erat persuasio, ut foemina etiam nihil non magnifici somniarint. Sic Argentinae ferunt Rusticam quandam res venales in forum portantem, & spe hâc vanâ correptam dixisse: *Nos ex rure etiam brevi crepidata incedemus: Wir auff den Dörffern wollen nun auch bald in Pantoffeln gehen.* Sunt ex Adversariis Cochläus, Surjus ac alii, quorum cantilenam reperiere Mainburgius, *Histoire de Lutheranisme L. II. Sect. I. seqq.* Varilafius de *l' heresie, Lib. VI. p. 248.* aliique, qui cul-

pam

pam seditionis Megalandro nostro Luthero & ejus scriptis tribuere voluerunt. Sed excusarunt beatum Virum, & non nisi per apertam calumniam id fieri satis docuerunt cum alii, tum imprimis Seckendorffius, *Histor. Lutheranism. Lib. II. pag. 1. seqq.* Et sanè non satis mirari possumus temeritatem mendacissimorum horum Scriptorum, cum jam diu, ut adhuc ostensum, antè Lutheri tempora ad Seditiones Rustici, novis oneribus nimium divexati processerint; Imò ex Epistola Lutheri ad Rusticos plane contrarium, & quam graviter à cœptis eos dehortatus fuerit, cuilibet luculenter patefcit. *Tom. III. Altenburg. fol. 114. seqq. it. p. 124. seqq. cujus summam Latino idiomate exhibet Gnodalius l. c. p. 135. seqq.* Hæc igitur de causa, quæ ad furorem impulit; nunc breviter quoque reliqua rusticana impietatis specimina perstringemus.

§. XI.

Erupit autem incendium illud, de quo porrò dicendum nunc est, primum inter Rusticos ad *Sylvam Ottonis*, sive ad saltus Budaricos, *Odenwald* / & quidem circiter diem Dominicum Lætare, eodem ferè tempore, quò adversus Algovicos expeditionem suscepisse Truceffum modo diximus. Confluxerant, prætextu Evangelii tuendi, maximè ex territorio Rorenburgico plusquam duo millia Colonorum, aucta brevi multis aliis ex Palatinatu, Ducatu Wirtembergico, Moguntina & Herbipolensi Diocesibus, nec non ex subditis Magistri Ordinis Teutonici, imò ex universa ferè Franconiâ. Ducem eorum egit caupo vici Ballenbergii, Moguntinensis Dioceseos, *Georgius Mezger*, homo perditissimus, cujus mores describit Leodius *l. c. p. 244.* Grassati sunt longè latèque, per Franconiam & Ducatum Wirtembergicum; imprimis Mergentheimii, Schönthalii, Neuensteinii, Nicrulma ac alibi diripiendo, devastando, cædendo rabiem suam explicantes, cujus cum omnia recensere exempla longum foret, potiora tantum nunc attingemus.

genus. Est oppidum ditionis Wirtenbergicæ, *Winsberga*, cujus
 arcu impositum præsidium, & in eo plurimi ex præcipua No-
 bilitate; Præfectus verò arcu custodiendæ datus *Ludovicus, Co-
 mes Helffenseinius*. Ipso die Paschatos d. 6. Aprilis Rustici
 maximo cum furore irruunt, oppidumque unâ cum castro ca-
 piunt, edituri crudelitatis suæ exemplum, cui simile vix aliud
 quoddam extat, & fratrum suorum à Suevico Fœdere occiso-
 rum mortem ultuti. Itâ enim in *Communi Consilio*, (ut appella-
 bant, centumque & unum annum duraturum jactitabant) con-
 stitutum fuerat, ut nulli Principi, Comiti, Baroni, Nobili, Sacri-
 fico, aut Monacho, vitæ usuram concederent, sed omnes tan-
 quam pecora trucidarent, si quidem Gnodalio hæc *l. c. p. 140.*
referri fides. Initium igitur executionis hujus decre-
 ti factum in præsidio Winsbergensi, dum Comitem Helffensei-
 nium, Conradum Weilerum, Vitum Schenek, aliosque Nobiles
 quamplurimos, quos recenset *Crusius. l. c. p. 586.* hastis utrinque
 projectis confoderunt, aliumque Theodoricum Weilerum,
 qui vitæ servandæ in turrim Templi se receperat, ibi confos-
 sum indè in cœmeterium præcipitarunt. Comitissæ Helffensei-
 nii conjux, filia naturalis Maximiliani Imperatoris, ad Rustico-
 rum pedes projecta, multis lacrymis marito parcendum, sibi-
 que ac filiolo bimulo donandum suppliciter rogavit, sed omni-
 bus precibus tantum abest ut aliquid effecerit, ut potius unâ
 cum infante, quem in uinis gestabat, indignissimis modis tracta-
 ta fuerit. *Gnodalius. l. c. p. 140.* Factum id est manè postero die
 Paschatos ante oppidum in agro quodam versus Haillbronnâ
 spectante, & quidem ad sonum tympanorum atque fistularum,
 ut constat ex *Crusio. l. c. p. 586.* Editio hoc inhumanitatis exem-
 plo Rustici ubique refractarii per vicinas terras, quicquid ne-
 quitia dictabat, passim exercuere, & quemadmodum antea in
 Franconia Mergentheimium aliaque Magistri Ordinis Teuto-
 nici loca, nec non Monasteria varia expilaverant, *Comite/que
 Hoben-*

Hobenloicos ad subscribendum Articulis & conditionibus durissimis compulerant; ita nunc quoque cum *Comitibus Löwensteinensibus* egerunt, qui Rustico habitu induti, alba bacilla manibus gestantes, pedites in castra ad Hailbronnā proficisci & de pace agere jubebantur. Post Hailbronnā quoque ipsam & alia oppida, item Gundesheimum, Magistri Ordinis Teutonici tunc sedem diripuerunt; ac inde in *ditionem Moguntinā* pergentes Guilielmum Episcopum Argentinensem, Moguntini vicarium, post extortam Aschaffenburgi (ubi & ipsi cives Rusticis addicti) deditiōnem, adegerunt vi, ut in eorum postulata consentiendo Dominicā Jubilate sub legibus ad modū duris, de quibus Gnodal. *l. c. p. 141.* pacem ab ipsis redimeret. In solā Franconiā arcēs, Nobilium ædificia, & monasteria ducenta eoque amplius incensa fuisse Sleidanum testem habemus, *l. c. p. m. 114.* Non omittendum hoc loco, quod, dum ita sævierunt in viciniā Rustici, correpti eadem manū *Cives* quam plurimi *Francosurtenses*, armis sumtis, adversus Magistratus & Clerum insurrexerint. Eodem enim tempore, circa Festum scil. Paschatos, quō in ArchiEpiscopatu Moguntino debachabantur Rustici, in Monasterium Prædicatorū, ac ædes ad S. Bartholomæum, & ad B. Virginem impetum fecerunt; dein, potestate Senatus abrogatā, novam Curiam in ædibus S. Antonii constituerunt, in qua 24. ex plebe delecti summam potestatem ad se rapuerunt, ac conscriptis 46. Postulatis & Clerum & Senatum adegerunt, ut in ea consentirent. Summa Postulatorum Capita exhibet Gnodalius. *l. c. L. V. p. 177.* qui addit: *in aliis quoque Civitatibus ad similia Cives motos, maxime Spira & Wormatiæ, ubi eadem ferè per Cives à Clero extorta fuerint.* Secuti Franconicorum Exemplum etiam *Rincgavienses* Rustici tam diu Abbati Erbacensi faceſſiverunt negotium, donec postulatis eorum, quæ itidem Gnodalius recenset. *l. c. L. I. p. 142.* & ipse subscriptione annueret. Odovvaldenses, post res Aschaffenburgi & in regionibus istis Moguntunensibus ex

voto compositas, aucti denuò octo millibus è Franconicis Rusticis inde pretendere Herbipolin, dieque Lunæ post Dominicam Jubilate urbem cepere, postquam multi ex civibus in eorum partes transferant. Arcis etiam deditionem sed frustra urserunt, licet ad eam obtinendam circiter viginti millia Rusticorum armatorum conspecta fuerint. Mirum est, quod legitur, Rusticis quoque Nobiles Duces tum adfuisse, & quidem Odenvaldicis Gothofridum à Berlingen, Franconicis verò Florianum de Geier.

§. XII.

Neque verò hic substitit ille furor Rusticorum, sed circa idem ferè tempus in *Diocesi quoque Spirensi Brückbreinenses* ad arma pervenerunt. Ac initiò quidem tanti periculi res non videbatur, dum non nisi quinquaginta Coloni circa Paschatos festum in pago *Malsch* tumultuari incipientes ab Episcopo Georgio, Comite Palatino Rheni, institutò colloquiò ad requiem dispositi videbantur. Verùm ut sæpè magnorum motuum exigua sunt initia, ita quoque tenuis hæc, sed perfida nebulonum manus brevi post magnos concitavit fluctus, vicini nos pagicos ad novarum rerum studium ac societatem hæc *Formulâ*, quâ alibi etiam usa legitur, invitans: *Es ist der gemeinen Bauerschafft ernstlicher und ohnverzüglicher Befehl/ daß Ihr euch gemein Versammeln/ und zu uns hieher schicken sollet/ N. N. gerüsteter Mann mit wehren/ Göttlicher Gerechtigkeit ein Beystand zu thun/ noch bey dieser Nacht. Und wo das nicht geschieht/ solt ihr wissen unsicher zu seyn Leibes und Lebens/ und aller euer Haab.* Sensus hic est: *Vult, mandat, et seridè postulat tota nostra societas, ut eisdè convocat à vestrà plebe Viros armatos N. N. hæc nocte ad nos mittatis, quò nobis Divini Juris defensoribus auxilio sint. Quod si facere detrectaveritis, ne vel de vestra vite, vel de bonorum vestrorum securitate quicquam vobis polliceamini.* Hoc classico audito cattervatim

rervatim undiquaque Rustici concurrunt, *Fridericum Worez*
& Johannem ab Hall, Cives Bruchsalientes Capitaneos eligunt,
 Udenheimium Rotenburgium castellum cum arce, Kislavium
 Castrum, Bruchsalium, totamque Præfecturam Udenheimen-
 sem in suam potestatem redigunt, Episcopo, ut Heidelber-
 gam ad fratrem Electorem confugeret, adacto. Hinc in
 fœdus pelliciunt vicinos à *Marchionatu Badensi* subditos, qui
 itidem ad arma surrexerant. Indè primùm Marchionatum
 ingressi rapinis, incendiis & cædibus tantum pacem faceret,
 incusserunt terrorem, ut ad postulata eorum pacem faceret,
 & conditiones ad lubitum Rusticorum reciperet. Reversi post-
 hæc in Dioccesin Spirensis obsidionem Urbis Spiræ molian-
 tur, ad quam & alia mala avertenda Episcopus demum Rusti-
 cos sibi conciliat, qui die Saturni post Misericordias Domini
 (d. 14. Maji) domum abeunt, relictis tamen, Bruchsalii duobus sui
 agminis Capitaneis, rebusque sic dispositis, ut, ubi his visum,
 quotidie circiter quinque millia Rusticorum convocare pos-
 sint. Vix hic extinctum quodammodo incendium, cum ali-
 bi, scilicet *trans Rhenum in Ducatu Bipontino circa Tabernas*
Montanas derepentè omnia conflagrasse audirentur. *Ducibus*
 enim *Job. Wunderer & Jacobo à Beckingen* Dominicâ Quasi-
 modogeniti coalescit Rebellium multitudo, Stocksbergium,
 Magistri Ordin. Teutonici castrum commeatu refertissimum
 capit, spoliat, demum comburit, nec aliis locis parcens hinc in-
 dè vagata Rhenum tandem superat & cum Brühreinen-sibus se
 conjungens, in *Ducatu Wirtenbergico* Maulbronnense Mona-
 sterium in suam potestatem redigit. Sæpè hæctenus *Bretta*, Ci-
 viras in Grichoviâ, Philippi Melanchthonis patria, uno milliari
 Maulbronnâ distans (in quam Mercatores Germaniæ superio-
 ris copiosissimas merces ex Francofurtensibus nundinis alla-
 tas metu Rusticorum deposuerunt) tentata fuerat à Rusticis
 Brühreinen-sibus, quibus præda: spes salivam moverat; eadem
 D 2 quoque

quoque votorum summa post factam cum Tabernemontanis confociationem, quos suos socios lautis hisce epulis excipere isti cogitaverunt. Sed obstitit Electoris Palatini, ad quem urbs spectabat, provida cura, ne voti compotes fierent; quare spe illa frustrati tandem cum Rusticis Odenvvaldicis se conjungentes Civitates & arces omnes *Ducatus Wirtenbergici*, (exceptis *Tubingâ*, *Uraco* & arce *Aspergio*) spoliant, itemque Monasteria, quorum etiam nonnulla, uti *Lorch* & *Adelbergum*, incendio vastant. *Hohenstauffium* arcem, cum aliis multis Nobilium ædificiis similiter flammæ mancipant, ex animi sui lubitu dominatum stabilire cupientes.

§. XIII.

Palatinatus adhuc usque ad festum Paschatos A. MDCXXV. ferè à peste seditiosorum immunis, fuerat; sed demum propter vicinum malum & ipse non parum mali expertus est, & quidem tam citra quàm ultra Rhenum. Primum crupère motus *Trans Rhenum* in pago *Nusdorff*, non procul *Landaviâ*, & quidem die Dominico *Quasimodogeniti*, eodem scilicet tempore, quo & in vicinia circa *Tabernas montanas* seditionem exortam fuisse modò memoravi. Causam non invenio aliam, quam quod successus aliorum seditiosorum, ad quos facilè ar-
rigebant aures novorum studiosi, invitarat, & animarat in En-
cæniis congregatos ebrietas, quæ, canente Poëta,

--- quid non designat? Opera recludit

Spes jubet esse ratas, in prælia trudit inermem.

Non nisi ducenti erant, qui seditionem auspicabantur, sed brevi in numerum octo & amplius millium excreverunt, eò prætextu usi, quod agmini seditiosorum *Tonsli* seu *Kolbenfi*, (de quo §. XIX. mox pluribus) obviam procedere, idque reprimere velint. Occuparunt igitur, *Geilvveileræ* confociati, cum *Cœno-
biis* & arcibus variis *Dominica Jubilata* *Neostadium* urbem, & *Præfectum* sibi jurejurando obstrinxerunt. Alibi Rustici *Leinin-
gensium*

gensium Comitum Backenheimii congregati similia tentarunt ;
 iisque Pfedersheimii die Domin. Misericordias associati plures alii
 Coenobia Hochheimiense prope Wormatiam, Neuhusense & alia
 diripuerunt, HERNSHEIMIUM Castellum, Osthofium, Bechthei-
 mium, Westhofium in suam potestatem receperunt, & auctis è
 subditis eorum locorum suis agminibus, tandem cum Geil-
 vveileriensibus se conjungentes ad Winzingen propè Neosta-
 dium castra locarunt. Eodem ferè tempore adhuc Wacken-
 heimium Castrum Electoris Palatini, & *Limpurgum* Mona-
 sterium diripuerunt, & generoso vino, cujus magna in loco ul-
 timo extabat copia, curiculam lautè curarunt. Tentavit Ele-
 ctor, sanguini suorum subjectorum parciturus, placidò collo-
 quiò morus componere, venitque ea de causa ipse Neostadium.
 Die Mercurii post Dominicam Jubilate (18. May) cum Capi-
 taneis utriusque agminis egit, & omnium gravaminum mede-
 lam promisit, modo armis depositis ad sua domum se recipe-
 rent. Ubi quidem ad obediendum se pacatos simularunt fu-
 res, lautisque epulis ab Electore fuerunt excepti ; sed docuit
 eadem adhuc dies, omnia fraudibus & simulatè tantum agi,
 nec sine periculo apud eos commorari Principem. Quare
 confestim Heidelbergam reversus de milite cogendo consilia
 iniit. Augebant mala fluctus per absentiam Electoris *cis Rhe-
 num* Eppingæ in Crejovia moti ab *Antonio Eisenbuth*, sacrificio
 improbitate & levitate animi insigni, qui jam antea tumultuan-
 tibus in Ducatu Wirtembergico consilio & ope præstò fuerat.
 Non possum non quin copiam literatum hìc inseram, quibus
 nequam iste Rusticos ad furorem excitavit : **Gedult und de-
 mütthige Beständigkeit unseres Seligmachers wünschen wir
 Euch in allen anliegenden Nöthen zuvorn. Liebe Brüder in
 Christo / Ihr wisset / daß wir schwerlich hinter unser Herr-
 schafft und Ambleuten geseßen seynd / deßgleichen bey Mön-
 chen und Pfaffen. Doch istts zulezt an Tag kommen / ihre**
 D 3 Händel

Händel die sie gebraucht haben. Hierumb so ermahne ich euch auf das allerhöchste / daß ihr auffstehen / mit allen eure Brüdern allhie zu Gosheim erscheinen wollet / damit das Heil. Evangelium und die Gerechtigkeit ihren Lauff haben. Wirtet ihr aber nicht erscheinen / so will ich euch mit meinen Brüdern heimsuchen / des sönnet Ihr euch gewiß versehen / r. Antonius Eufenhuth Hauptmann / Latina versio est apud Gnodal. p. 149.

Dux igitur hic, manipulum Sceleratorum ex Wirtenbergico Ducatu sub suis signis habens intra paucos dies circiter mille ducentos viros cogit, ac primum Nobiles à Menzingen, arce eorum direpta, suppressit, post Eppingam, & Heidelshemium oppida expugnat; Hilsbacum, Castrum Electoris spoliat ac igne perdit; eodem modo agit cum Sinzheimio, ac Steinbergium incendit. Princeps Elector optimus clementiam rigori præferens huic etiam agmini Eifenhutico transactionem obtulit, & constituebatur dies, quo Electoris Consilarii cum Rusticis de conditionibus agerent, data scriptis de securitate, & quod interea temporis nihil attentare velint, fide. Verum non steterè promissis perfidi, sed & dictis & factis ita prætervros sese erga missos gesserunt, ut per integram noctem in summo vitæ discrimine versati, delusos se videntes re infecta ad Electorem recedere coacti fuerint. Cernens igitur à lenitate nihil expectandum esse remedii, maximè cum & nuncii adferrentur ex Alsatia, ibi tumultuantia agmina, Geisvveilerense & Backenheimense, de quibus dictum, eò audacia processisse, ut & Landaviam ad deditiorem cogere ausa fuerint, & omnia rapinis, incendiis ac caedibus implere, vim vi repellere constituit, & non solum ipse exercitum comparavit, ad ius ab Episcopo Trevirensi, & Landgravio Hassiæ Philippo ac aliis, sed etiam Truceßum, Suevici Foederis Imperatorem invitavit, ut rebus in Ducatu Wirtenbergico compositis auxilio sibi esse operaret, quod & factum, ut deinceps audiemus.

Adfuiſſet auxilio Electori Palatino quoque frater, *Fride-
ricus*, niſi eodem tempore in *Noricis*, in *Episcopatu Aistetenſi*
quietem turbare Ruſtici occœpiſſent. Parietem igitur proximum
ardere dum vidit, rem quoque ſuam agi reputans, præcipuè
cum & illorum motuum labes ſuas jam terras non uno in loco
contigerit; quantâ potuit celeritate copias aliquas comparavit,
iis que ſeditioſis proceſſit obviam. Contendit autem primum
Freiſtadium, oppidum Sulzgavienſe; ſed cum manum cum
Ruſticiſ ad octo millium numerum jam auctis, quibus omnino
impar erat, conferere non auderet, audere ſe tamen & potentio-
rem eſſe, quàm reapse erat, ſimulabat. Conſederant rebelles
ad Arcem Meſſingenſem, unde Duces eorum datâ fide ad ſe
venire jubet, venientibus ab armis ceſſationem injungit,
ſecus facientibus mala omnia minatur. Ruſtici ad pacem pro-
nos ſe eſſe dixere, dummodo à Dominis ſuis ad poenam voca-
tos non iri iſtis promitteretur, ſecus Socios ſua acta non habitu-
ros rata. Cum verò reſponderet *Fridericus*, ſe alterius factum
promittere non poſſe, hoc tamen ſancè polliceri, ſe omnem
daturum operam, ut in gratiam reciperentur, non contenti
his Ruſtici re infectâ diſceſſerunt, & non niſi minacia quædam,
verba tanquam pro viatico à Principe ſecum retulerunt. Opera-
ta tamen illa ſunt tanrum, ut eâ nocte diſperſi caſtra deſeruerint,
& armis poſitis ad ſua redierint. Quare lætus Princeps ad ar-
cem Meſſingenſem & oppida recipienda, quæ ab Epilcopi fide
deſecerant, perrexit, eaque omnia ſine mora recepit. Ex ſe-
ditioſis tredecim juxta cum Capitaneo, quos in Meſſingenſi arce
cepit, capite truncavit, reliquos Epilcopo puniendos reliquit.
Atque ita ſeditio, quæ magna pericula minari videbatur, celeri-
tate ſuppreſſa eſt, qualem ſi alibi locorum Principes adhibuiſ-
ſent, mala facilius fortè averti potuiſſent, multoque fuiſſet
parciturum ſanguini. Gnodal. *L. IV. p. 160.* Petr. Crinitum.

ne id
eure
Heil.
Bir-
dern
onius
. 149.
rgico
mille
arce
lshei-
ſpo-
o, ac
men-
rans.
Con-
tis de
fide.
tis ita
em in
Aa ad
nitate
adſer-
erentē
eſſiſſe,
omnia
conſti-
ab Epi-
is, ſed
vit, ut
ſe pro-
§. XIV.

p. 216. l.c. Hub. Thom. Leodium l.c. p. 250. seq. & in vit. Fridericici II. p. 92.

§. XV.

Quomodo in Alfatia & alibi obsequii repagulis fractus similiter tumultuati fuerint Rustici, dicendum nunc essent, sed videbimus, antequam eò deveniamus, quam scelerati hi, de quibus adhuc locutus sum, non omninò impunè omnia fecerint, & obex eorum malitiæ fuerit positus. Comuni enim consensu Suevici Fœderis Trucesius, ille, quem aliquoties nominavi, Rustico mastix post repressos per Algoviam & ad Lacum Bodamicum feliciter rusticanos motus per Hegoviam magnis itineribus initio Mensis Maji in Ducatum Wirtenbergicum contendit, ubi Odenvaldici Wirtenbergicis auctiores immanem in modum quam maximè sæviebant. Apud *Beb-lingam* & *Sindelsngam* oppida, cum Rusticis, qui castra ibi fixerant, auctus copiis quibusdam Electoris Palatini & Austriacis, confligit, magnâque editâ strage Rusticorum Exercitum profli- gavit, omnibus ipsorum tormentis, curribus atque vexillis in suam potestatem reductis, & quidem citra singulare confœderati exercitus detrimentum. Post felicem hancce victoriam Trucesius cum exercitu *Winsbergam* descendit, inauditam ty- rannidem in Nobiles præfidiarios exercitum ulturus; quemad- modum etiam fecit, postquam d. 14. Maji ipsâ Dominica Can- tate oppidum, simulque multos crudelitatis illius, de qua supra locutus sum, reos cepit. Illorum unum, qui in Nobilium exi- tio fistulam inflaverat, ac postea de hoc facinore gloriatus fue- rat, ad palum catenis laxè alligatum ustulavit. Succenso igne miser ille ob cruciatus circumcurrere, clamare modò: *Deus me tolle*; modò: *Diabole me tolle*; interdum cadere, rursus subsultare, talis & pedibus igne consumtis, nudis ossibus cir- cumfultare, donec tandem tostus & mortuus. Crusius l.c. p. 588. Oppidum deinde *Winsbergam* incendit, & in cineres reda-

redactum reedificare prohibuit. Similiter & permultos circum-
 jacentes pagos ob perfidiam exussit, incolis quibusdam suppli-
 cio affectis. Rebus ita feliciter hic locorum confectis Truce-
 sius ad monitum Electoris Palatini in Creigoviam (est distri-
 ctus è præfecturis Heydelbergenſi , Mosbacenſi , & Brettenſi
 constans) movit, ibique rebellium Ducem *Jacobum de Peckingen*
 catena itidem religatum ad rogam damnavit, alios aliis suppli-
 ciis subjecit. Sacrificum *Eisenbuthum*, qui Eppingæ turbarum
 Author extiterat, cepit, & Electori Palatino Bruchſaliam mi-
 ſit. Diſceſſerat interea quoque Elector Palatinus Heidelbergâ,
 ad reſtinguendum commune incendium opem laturus, & circa
 finem Maji copias urbe eduxerat. Poſt Feſtum Aſſumptionis
 Chriſti Brührenanam plagam tranſiens Bruchſaliam, Brührenanæ
 factionis huc uſque receptaculum pervenit, ubi eodem ſta-
 tim die *Eisenbuthum*, agminis Creigovici Ductorem ad
 ſe miſſum cum aliis tribus hujus ſociis decollari juſſit. E ſe-
 ditioſis *Bruchſaliensibus* itidem eodem die 70. gladio interfecti,
 alii in ſequentem diem pœnis reſervati. Quorum dum quinque
 capite plexi, & ſextus procumberet, Nobilitas ipſa pro eo &
 reliquis apud Electorem interceſſit, qui interea humi jacentes
 manibus in cœlum extenſis Principis miſericordiam indefinen-
 ter imploraverunt, vitâque donatâ diſceſſerunt. Diverſimo-
 dè tamen hæc narrantur à Gnodalio, *l. c. L. IV. p. 161.* quem ego
 ſecutus ſum, & Petr. Crinito, qui ex iſtis ſeptuaginta non niſi
 quinque gladio punitos reſert, *l. c. p. 218.* Si conjecturæ locus eſt,
 plus ex vero illius, quam hujus relatio habere videtur. Pro-
 ſectus indè Hiſpacum, ſuæ ditionis Caſtellum in Creigovia,
 ibidem cum Suevici Foederis copiis ſuas conjunxit. Move-
 runt die Domin. Exaudi Nicrulmam, ibique rem cum Ruſticis
 tranſegerunt, exceptis iis, qui Winsbergi crudelibus factis in-
 terfuerant, quorum XII. (quos inter quoque quidam *Henricus*,
 Monachus, tunc Ruſticorum Capitaneus) capite truncati. Per-
 E
 gentes

gentes inde in *Franconiam*, *Meckmüliam* & *Ballebergiam* versus, ubi à perfidis nonnullis poenas sumserunt. Hinc lati in Rusticos castra metatos ad *Königsbosam* prope Taubérum amnem, die Veneris proximâ post velitationem quinque circiter horarum septem millia rebellium concidere, plures in fugam coniecti. *Herbipolim* porrò in ipso Pentecostes Festo receperunt, circiter septuaginta sex capite plexis, & magnâ admodum eorum copiâ hinc indè trucidatâ. Hâc igitur ratione civitatē Herbipolitana cum totâ Dioecesi (singula enim recensere tædiosum nimis foret) in potestatem Episcopi redactâ, copias dividere constituerunt belli Duces, cum Elector Palatinus domestica, quæ dixi, indies magis magisque gliscentia mala majore cum curâ reprimere cogeretur. Itâ solus Trucesius cum reliquis Confœderatis, quod reliquum erat iis in locis turbarum, consopivit. Tendens igitur Schvveinfurtum, ibi plures seditionis contagio infectos ad supplicia pertraxit; hinc ducto Bambergam exercitu die 15. Junii Episcopo eam restituit; porrò Marchioni Onolsbacensi, Casimiro opem tulit, cujus etiam terræ à Seditiosis non fuerunt immunes; indè *Lendershaimii* quinque Seditiosorum capitali supplicio affecti, septem digitis privati; Kitzingæ civibus circiter sexaginta oculi cruti, quin & Svabachi multis capita digitique amputati. Rebus hõc modo in Franconiâ compositis, in Sueviam regressus, ad Schrotenbacum, non procul Memmingâ, in quatuor millia Rusticorum incidens, magnum eorum numerum cædit, reliquos dissipat. Erant duo Rusticorum capita, *Caspar Schneider* & *Walther Bach*, rei militaris admodum periti, quos ad suos partes pertractos Georgius Fronsbergius, ab Archi-Duce Austriæ ex Italia post pugnam ad Ticinum ad compefcendos Rusticorum in *Comitatu Tyrolensi* tumultus missus, & cum suis copiis apud Fœderatos tum temporis consistens, eò induxit, ut armis abjectis omnes Rusticorum cohortes

hortes dissolverent. Finem ita habuit hisce in regionibus Rustica seditio, Confœderatorum exercitus Kauffbeuram deductus, & pedestres copix, postquam Fœderi viginti duos hebdomadas militassent, dimissæ fuerunt.

§. XVI.

Videamus nunc, quid egerit *Electoꝝ Palatinus*, postquam ad Heidings-feldam Die Lunæ post Festum S. S. Trinitatis à Fœderatis discesserat. Constitutum erat, antequam injuriam, quâ de antea dixi, Moguntino Vicario & Capitulo, id vehementer flagitantibus, illatam ulcisci. Verum cum motis ad Aschaffenburgum castris Rebelles supplices fierent, soluta multæ nomine magnâ pecuniæ vi, in gratiam recepti sunt, quinquaginta eorum in carceres conjectis, è quibus non nisi quatuor capite plexi, alii aliter puniti fuerunt. Hâc etiam re opinione celebrius confectâ *Oppenheimii* Electoꝝ Rhenum trajecit, in ordinem redacturus tumultuantes Rusticos, qui propè Spiram & Wormatiam, alibi que ut supra dictum, in seditionem acti fuerant. Dalsheimii eorum circiter novem millia congregata insolenter jactare, se Palatinum & omnes ipsius copias in lectis interfekturos esse, compererat; & sanè fecerant ejus voluntatis specimen, dum Dürmsteinii Præfectum, cum XV. præsidariis interfektum omnes de fenestris præcipitaverant, ut taceam alia scelera, Leiningæ alibi que commissa. Fatale erat Rusticis, cum *Pfetersheimii* propè Pfremum amnem in eorum copias involarer, siquidem circiter VI. millia (triginta dicit Herzog. *Chron. Alsat. l. 2. c. 76. p. 179.* sed nulla verisimilitudine) eorum casa, ex superstitibus quinquaginta & octo capite plexi memorantur. Adducti quoque *Pfetersheimium* duo seditionis coryphæi in Præfecturâ Lutheriâ comprehensi, *Michael Buchius*, ab Electoꝝ multis beneficiis antehac affectus, & alter *Rubischheimensis* (ita nominatur) capitis amissione crimina expiantur.

piarunt. Dum ibidem castra habebat, *Magistratus* quoque & *Clerus Francofurtensis* cum civibus, quos ad duras & iniquas conditiones acceptandas illum adegisse supra memoravi, intercessore Electore reconciliatus, totaque lis plenè sopita fuit, omnibus in priorem statum reductis, attentatisque revocatis. Quomodo porò Frensheimii, Neostadii, Landavii, Selzæ Germerheimii & aliis in locis seditionem restinxerit Elector, ejusque reos vitæ partim jacturâ, partim solutâ multâ puniverit, non operæ pretium esse duco, ut prolixius recenseatur. Spoliaverant nonnulli seditionis, ut supra §. XIV. dictum, inter alia loca quoque Monasterium Limpurgense in Wormsgaviâ, ubi non contenti, quod optimis vinis gulam satiaverint, quicquid exhaurire non poterant, id doliis fractis scelerati perdidierunt, & in terram profuderunt. Poena dictitata fuerat singulis decem aureorum Rhenanorum, undè querimonia & planctus, postquam sapere, ut Phryges, serò coeperant, hisce rythmis expressi:

Da ich einmal ein Kriegs-Mann was/
Zu Limburg soff ausn grossen Fass/
Zehen rother Gulden mein irten was/
Der Teuffel der gesegne mir das.

Herzog. *Chron. Alsat. L. II. p. 170.* Cum civibus Weissenburgicis (qui magnorum in Alsatia Inferiore & locis vicinis motuum Autores fuerant, Vid. Gnodal. *L. II. p. 147.*) fidem subindè fallentibus diutius tractatus habiti, & ad vim res eruptura videbatur, Electore jam ad obsidionem se accingente, nisi demum interventu Regimenti Imperii & Legatorum quorundam è vicinis Imperii civitatibus res certis legibus fuissent compositæ, quas recensent Gnodal. *l. c. p. 174.* Herzogius *l. c. p. 170.* Die enim XIII. Julii, Principes omnes cum copiis equestribus urbem Cæsareo Governatori traditam ingressi, ac, inquisitione de Seditionis habitâ, tribus in foro capita, duobus digiti amputati fuerunt,

fuerunt, cæteris in gratiam receptis. Die demum Martis post
Ferias Margareta (XIX. Jul.) Elector cum equitibus *Germer-
heimii* ipse Rhenum transmisit, pedites verò cum tormentis
Spiræ cum transgressi, sicque pacatis ubique rebus magnâ cum
civium lætitiâ Heidelbergam optimus Princeps reversus est.

§. XVII.

Mentio facta fuit in §. XVI. Seditiois Rufficorum in
Comitatu Tyrolensi, quæ quomodo se habuerit, & qua ratione ex-
tincta, nunc quoque, sed brevissimis, exponam. Ortum tra-
xerat ea ex periculoso quodam tumultu, quem eodem tempore
in Archi-Episcopatu Salisburgensi civerant Metallifossiores,
quod Archi-Episcopus Cardinalis Langæus eorum nonnullos
Religionis causâ capite plexerat. Indè reliqui supplicii atroci-
tate insurgentes, civitate occupatâ Archi-Episcopum in arce
obsederant, pertractis in suas partes non civibus solum Salis-
burgensibus, sed & Rusticis quamplurimis. Questi sunt inter
alia de impiis & ineptis suoque tantum emolumento intentis
Pastoribus, aliosque sibi dari perierunt, qui verbum DEI, quod
purum & absque mixtura in lucem prodiiisse ajebant, populo pro-
ponerent, & vitia omnium ordinum arguerent; ceu ex eorum
Articulis refert Seckendorf. *Histor. Lutheran. l. II. p. 14.* Duces
erant *Sebast. Maier & Gaismaierus*, Brixienfis Episcopi Secreta-
rius, qui, Gazophylaciò Domini sui Bryxiæ expilatò, milites in
Rufficorum auxilium adduxerat. Archi-Episcopo, nomine
Foederis Suevici, opem tulit Ludovicus, Dux Bavarix, &
Fronsbergius, de quo supra dictum, ab Archi-Duce submissus.
Post plures velitationes eò tandem res deducta, ut tumultuan-
tes arbitrio Foederis Suevici se permiserint, & Die Laurentii
quædam juratò promiserint, quò factò seditio cessavit. Unus
Gaismaierus in pacis conditiones consentire renuens, novâ Se-
ditione concitatâ Rusticos in toto *Comitatu Tyrolensi* à fide Ma-
gistratus abducere conatus est. Sed repente superveniens

Fronsbergius conatus ejus impedivit, cumque cum affectis Comitatu expulit. Undè cum seditiosis suis Rusticis ad Venetos profugit, & non diu post confossus dignam isthoc labore mercedem accepit. Dum in Archi-Episcopatu Salisburgensi Metallii fossores turbas dant, contagio quodam velut correpti metallarii cum Rusticis in vicinâ *Styria* idem tentant, contra Clerum & Nobiles arma capessentes. Ansam ad id dedisse fertur quidam *Dietericus Stainerus*, Præfectus, ut puto, qui nimis exactioibus subditos divexando tandem in furorem adigit. Idem igitur dum postea à Nobilitate adjutus tumultus reprimere voluit, in conflictu à Rusticis superatus est, qui Nobiles (quorum multi cum rebus suis in oppidum Schleimngium se receperant) miserè trucidarunt, quadraginta eorum uno tempore capite truncarunt, & omnia bona ipsorum diripuere. Dux Rusticorum horum fuit *Michaël Gruberus*, qui post mala facinora perpetrata unà cum supra dicto Gaismaiero & nonnullis aliis ad Venetos confugit. Sed cæteri suam pravitatem non omninò impunè rulerunt, dum Nobiles animo recepto, sub Duce Nicolao de Salm, Schleimngium recuperarunt, & autores Seditionum hinc inde conquestos in viis publicis ita demissis laqueis suspenderunt, ut à canibus dilacerari potuerint. Ad hæc campanæ ex turribus dejectæ, ne Seditiosi ad convocandos socios iis amplius posthac uterentur. Vid. pluribus Gnodal. l. c. L. V. p. 167. seqq.

§. XVIII.

Restat, ut de Seditionibus Rusticorum in *Alsatia & Lotharingâ*, quæ eodem contigerunt tempore, A. scilic. MDXXV. nunc quoque aliquid in medium proferam. Causam belli & Seditionis omnem refert Laurentius Pilladius (quem peculiari tractatu, *Rusticiados* nomine, epico carmine eas descripsisse monitum supra; & editus est Liber Metus A. MDXLVIII.) ad Religio-

nem

nem Lutheri Evangelicam, sive ut ille vocat Hæresin, unde factum, ut Rustici decimas Sacerdotibus denegarint, templa spoliarint, imagines ex iis ejecerint, Cœnobîa diripuerint, *Lib. I.* cujus argumentum sic exprimit:

Primus habet causas, simul & primordia belli,

Quô fuit Alsatia conterrita Rustica turba,

Ausa Patrum sacram rescindere Religionem

Atque armis divum templis extrudere mystas.

Sed quam verè scripserit, patet ex iis, quæ supra notavi; & mirum non est, hominem nimio suæ Religionis Zelo, quem ubique testatur Tractatus, excœcatum vera à falsis discernere non potuisse. Veriora sunt, quæ apud Herzogium inveniuntur, qui omne id, quod tum alibi, tum in Alsatia contigit, malum seditiosis dogmatibus Thomæ Münzeri tribuit, *Chron. Alsat. L. II. c. 76. p. 169.* eò tempore, quô Sacro muneri ipsi interdictum fuerat, in vicinis delitescenti. Sed, quicquid sit de causa, cœpit eodem ferè tempore Seditio in Alsatia utraque, tam superiore quam inferiore, & omnia ferè loca, in hâc tamen maximè, pervasit; nec Clericis tantum graves fuere, ac Monachis Rustici, sed eodem modo tractarunt Principes, Comites, Nobiles, ac tandem in numerum triginta millibus constantem adacti *Tabernas Alsatias*, Argentinenſis Episcopi sedem profecti, ibi sua castra locaverunt. Tandem incendium id in vicinam quoque *Lotharingiam* perrexit, ubi subditi ad Sacrum fluvium in Monasterium Herbſtheimium irruentes ibi locorum demum castra metati sunt. Videns igitur hæc, & terris suis pejora metuens *Antonius Lotharingæ Dux*, adjurus à fratre Claudio Guisio, nonnullisq; è viciniâ, Comitibus atque Nobilibus non paucis, exercitum sibi comparavit, quo impiis Seditiosorum moliminibus obex injiceretur. Primùm d. XII. Maji apud *Lupfsteinium* pagum à Tabernis Alsatias non multum distantem in sex millia Rusticorum incidens, eos cum vico omnes com-

combuffit, & tanquam pecora trucidavit, ut Petr. Gnodalius *l. c. p. 146.* Herzogius quatuor tantum millia fuisse scribit. *l. c. p. 169.* non nisi mille quingentos Sleidanus *l. c. p. m. 115.* Sed cum Gnodalio convenit relatio Pilladii, *l. c. L. IV. p. 65.* Hi Rustici in eo erant, ut socii in *Tabernis*, quos Lotharingici Duces obsederant, ferrent suppetias; sed infausto sidere iter fuerant ingressi, & auxilium aliis præstituri miseri sine ope trucidabantur. Tulerant præ se pacem obsessi, quorum *Dux* à Pilladio vocatur *Erasmus Gerberius*, sed dolosè, tantum ut tempus extraherent, donec adventarent copix auxiliare. Hinc justâ irâ incensus Lotharingix Dux post delectam hanc manum ad urbem regreditur, obsidionem continuat, nec desistit ante, quam deditione facta ejus se arbitrio illa permetteret. Pax demum his legibus facta, ut impunitatem concederet Dux, arma ponerent Rustici, atque ita securi ac salvi ad suos Lares abirent. Exsequendis his destinata dies Mercurii post Dominicam Cantate, Rusticis sanè perquam fatalis, nigroque signanda lapillo. Nam cum per medias militum Ducis cohortes inermes procederent, levi quadam occasione concitatâ turbâ cæsa fuerunt multa Rusticorum millia (viginti circiter fuisse nonnulli referunt, quod tamen vero vix simile) direptum oppidum cum arce Episcopi, civesque promiscuè omnes interfecti. Quæ fuerit ista occasio, ab autoribus, qui tumultus recitant, non exprimitur: constat tamen ex veteri relatione manscriptâ, Rusticorum abeuntium quandam scipionem ferreum manu gestasse, quod cum milites tanquam pacificationi adversum non ferre, sed Rustico ferrum extorquere vellent, hic verò resisteret, inde ad manus perventum, & sic in omnes Rusticos rabiem militum conversam fuisse. Quicquid verò sit de causâ, levem certè fuisse, & fidem ex parte Ducis desideratam atque clementiam Scriptores confitentur. Videantur Sleidanus & Gnodalius, *ll. cc.* Pilladius, ut facinus incruenter, mirum in modum se torquet,

quet, & nihil non comminiscitur. Scilicet à Duce suo Gerbero instigatos Rusticos fallere decrevisse Ducem simulatâ concordia, & postquam è manibus obsidentium elapsi fuerint, restauratis viribus, denudè in eum irruere. Illusisse Rusticos per agmina militum discedentes Ducalibus, &, ut ægrè iis facerent, magno clamore Lutherum deprædicasse. Indè auditam de cœlo vocem & jussionem, ne Rusticis parcerent, quâ animati milites eo, ut dictum, furore, in Rusticos & oppidum sævierint. *l. c. L. V. p. 72. seqq.* sed quis non videt, Pilladium hic, ut ferè ubique, indulgisse licentiæ Poëtarum, quibus

Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.

Cæterùm post cladem illam ad Tabernas editam domum rediturus Dux Anthonius ad fauces *Vallis Weileræ* duo alia Rusticorum agmina offendit, numero circiter sedecim millia facientia, quorum alterum ex montibus per *sylvam à Castaneis* denominatam descenderat, alterum Selestadio venerat; Utrumque transitu Ducem prohibitorum. Hæc ad vicum *Schernweiler* aggreditur, & profligat, quinque millia (duodecim dicit Pilladius, sed ut videtur, usus iterum Poëticâ mentiendi licentiâ, *L. VI. p. 97.*) cædit, multos capit, reliquos dissipat, & maxima cum præda domum revertitur, amisso tamen, quem maximè luguit, inter suos præcipuè *Comite Isenburgico*. Ita & hæc seditio finem invenit, maximo cum Ruricolarum damno, quorum ad octodecim quidam, alii & quidem majori cum verosimilitudine, ad viginti sex millia occisa fuisse scribunt. Vid. Gnodal. *l. c. p. 147.* Ex captivis trecenti capitali supplicio affecti, quos inter quoque seditiosorum Capitaneus *Erasmus Gerberus*, ad Tabernas captus, quem socium criminis, ut ipse vitam servaret, in salicis ramo suspensum memorat Pilladius, *l. c. L. V. p. 71.*

§. XIX.

Dicendum adhuc paucis de alia seditione, quæ & respectu loci & temporis huc pertinet, sed sine sanguinis profusione se-

F

data

data fuit. Excitaverat illam civis quidam *Weissenburgicus*, *Bachinum* nominat Gnodalius *L. II. p. 147.* qui, cum apud Rebelles *Alsaticos*, de quibus locutus sum, desiderio suo non satisfieri cerneret, in partes suas pellexit è Præfecturâ *Clebergensi* aliisque locis quamplurimos, novumque ac peculiare agmen sibi constituit, *Clebergense* dictum, quò primum *Castrum* Præpositi *Weissenburgici* à *S. Remigio* nominatum, civibus *Weissenburgicis* sedulo opem navantibus, occupavit; spoliato dein *Monasterio* in urbe *Weissenburgo* *Selzam* *Electoris* *Palatini*, ac *Rödern* arcem, quæ in *Friderici Fleckensteinii* dominio erat, invasit, omnibus immanissimè spoliatis & devastatis. Subsidio veniebat hisce peractis aliud seditiosorum agmen, *Tonsle* *Petro Crinito. l. c. p. 209.* sed *Kolbense* *Gnodalio l. c. p. 147.* vocitatum, quæ denominationes non nisi linguâ differunt. Nam à rotundè detonsis *Capitibus*, *vonden rundten Kolben/die sie sich scheren lassen/* id nominis accepit, teste *Crinito l. c.* Coaluerat autem circa medium *Aprilis* *A. MDXXV.* in *Wasgovia*, quæ est districtus *Alsatiæ* & *Palatinatum* à *Lotharingia* distermians. *Martin. Zeiler; Itiner. German. Contin. l. c. L. X. p. 123.* Primum impetum fecerat in *Monasterium Sturzelbrunnam*, propè *Bitschium*, indè *Leuningensia* *Castella* *Gravenstein*, *Lindebrum* & *Landackum* aliaque devastarat, tandemque *Anvveilero* & *Tabernis* *Montanis* direptis, ad seditiosos in *Tabernis* *Alsaticis* se conferre decreverat, sed auditâ *Buschveileræ* illorum strage *Tonsiles* consternari, exercitu dissipato, domum se proripuerunt, iram *Lotharingæ Ducis* non expectaturi, & in hoc fratribus suis prudentiores; quamvis, ut in præcedentibus dictum, *Palatini* *Electoris* *vindictam* omnes non omninò effugerint.

§. XX.

Antequam à *Seditionibus* circa *Danubium* & *Rhenum* exortis ad alia discedamus, paucis tantum monendum est, in ipsâ quoque *Brigovia* earundem vestigia non pauca observata.

Nec

Nec exiguas eas fuisse vel inde colligi potest, quod præcipuum iis in locis oppidum *Friburgum* jam occupaverint, & vicinis incussio terrore, Ernestus Marchio Badensis manus tumultuantium Rusticorum evasurus, Argentoratum profugere coactus fuerit. Tandem tamen Magistratus & intercessorum quorundam, maximè Senatoribus Argentoratensibus dexteritate res Basileæ d. XXV. Jul. placidè composita est, ut ad cædes & sanguinis profusionem non erumperet, nisi quod, fide non servatâ, Rusticorum domi reversorum non pauci capite plecterentur; referente Sleidano, *l. c. L. IV. p. m. 115.* & verbis tantum non iisdem Gnodalio, *L. V. circ. fin. p. 173.* Nec minus *Suntgoviam* infectisse narrant eam pestem; Ne tamen vires caperet studio Helvetiorum curatum, qui utrinque quid fieri æquum sit, tamâ Magistratu quàm â plebe, sedulò monstraverunt. *Ibid.*

§. XXI.

Revocabimus nunc pedem, & missis Rusticis, quia Danubium, Rhenum & Nicarim in superioribus Imperii Circulis debacchati fuerant, videbimus nunc porrò illas Seditiones, quæ Hassiam pariter atque Thuringiam infestarunt, & in ultimâ demum regione plenè planèque fuerunt extinctæ. Habuit autem malum illud initia eodem anno MD XXV. itidem circa Festum Paschatos, & erupit primùm in *Præfectura Hirschfeldicâ*, ac in *Diacesi Fuldensi*, ubi Rustici, invitatis ad se Subditis Hassiæ Landgravii, magnò numero congregati adversus Magistratum passim insurrexere. In quatuor agmina divisos legimus, sic tamen disposita, ut facilè in unum exercitum sat magnum coalescere potuerint. Si enim vera sunt, quæ Gnodalius *L. III. p. 151.* refert, plus quam viginti millia Seditiosorum fuere numerata, qui præter Monasteria plurima & arces Nobilium direptas & devastatas, Hirschfeldiam quoque, Fuldam, Vachium atque Smalcaldiâ oppida occupaverunt, Eschveigam tentarunt, multò majora ausuri, nisi in tempore obviam processisset *Philippus*,

Hassia Landgravius. Is enim collectis, quantum per tam breve tempus poterat, copiis (nam & Electori Palatino turmas aliquot equitum in auxilium miserat, ut supra dictum) in eos circa initium Mensis Maji movit, & nondum satis, ut videtur, paratos, eodem modò, ut Sol exoriens nebulas, & quicquid est nocturnorum Lemurium dissipat, ubique in fugam conjecit. Recepitigitur oppida, & eò plerosque Seditiosorum adegit, ut abjectis armis veniàque suppliciter rogatâ ad officium redierint. *Fuldae* quamplurimos occisos, trecentos fossâ inclusos fame cruciatos refert Spangenberg. *Chron. Mansfeld, c. CCCLXII.* nescio tamen, an extinctos, ceu ex *Otuo, Annal. Anabaptist. p. 20. Arnold. Kircken-Histor. Tom. II. L. 16. c. 2. not. ad §. 13. p. 16.*

§. XXII.

Interim in *Thuringiâ*, seditiosi Ruricolæ aliique nonnulli (ad quos etiam Hassicorum non pauci se receperant) magnas turbas, aliis adhuc recensitis non minores excitantes omnes ordines in longè maximum discrimen adduxerunt. Culpa vulgò & verè confertur in Thomam Münzerum, Stolbergâ oriundum. Homo is erat Sacrarum Literarum peritissimus, & eloquio quam maximè pollens; sed qui in vitiis taxandis & reformandâ ecclesiæ ardore modum tenere nesciebat, ad quod vehementior naturæ impetus non parum contulisse videtur. Hinc nihil omninò ipsi rectum. Luthero (cujus primum partes sectabatur, & eò nomine Spartam Ecclesiasticam Zvickaviæ, in Misniâ, dein Alstedii in Thuringiâ obtinuerat) infensor, solusque sapere sibi visus, revelationes divinas & somnia jactitabat; indè multa nova spargebat dogmata, & per hoc mobile ad suas partes pertraherebat vulgus. Tulerat eum satis diu Saxo Fridericus; sed ex quo eò processerat temeritatis, ut sumto à libertate Christianâ prætextu, & Scripturæ Sacræ dictis ad malam suam mentem pessimè detortis publicè declamaret, *Magistratibus non deberi obsequia,*

obsequia, An. MDCXXIV. provinciis Saxonis eiectus est. Contulit hinc se Noribergam, sed, cum & ibi res ex voto non succederet, inde pulsus in Sueviam ad tumultuantes concessit, Luther. *Tom. III. Alt. f. 132.* Ad plebem sanè concionem prope Basileam (Oecolampadii & Hugfeldi instinctu) habuisse inter tormenta confessus est. Inter discipulos ejus ibi primarius fuit Balthasar Hubmeier, vulgò Fridbergensis dictus, disertus Waldhutensum Concionator, aliique, qui postea in Helvetiis plurimas turbas dederunt, quarum historiam compendio exhibet Sculterus, in *A. MDXXV. p. 255.* vid. Seckendorf. *Histor. Lutheranism. L. II. p. 6.* Posthæc in Thuringiam remeavit Münzerus, & apud Mülhusenses, Imperialis Urbis Cives, quorum non paucos jam antea Sacerdos Alstedensis labe suâ infecerat, receptaculum invenit, ac tandem, renitente quantumvis Senatu, ad munus Ecclesiasticum ibidem fuit admorus. Egit dein omnia ex suo ingenio, summa imis miscens, Senatumq; munere dejiciens ad se rerum arbitria pertraxit, bonorum communionem docuit, & animatus facinoribus Seditiosorum in Sueviâ ac Franco-niâ ad similia suos, qui undique ad eum adcurrerant, hortatus est. Vicinis Principibus audacter minitans, se eos humiliaturum. Adseivit etiam sibi socium consiliorum & belli Monachum quandam Apostatam, *Pfeifferum*, hominem perfidissimum, qui & ipse somniis se jactans populo persuadebat, se per quietem maximam murium copiam vidisse, quos omnes fugasset, idque sic interpretabatur, se à Deo vocatum ad Magistratus & Ministros eorum ubique eradicandos. Primum insultum fecit hic Pfeifferus An. MDCXXV. in Agrum Eichsfeldicum (ins *Eichsfeld*) Moguntino Electori parentem, unde magnâ præda domum reversus animum addidit Münzero, (qui tamen in castris Rusticorum ad Duderstadium aliquando præsens fuerat) ut & ipse ad expeditionem se accingeret, in *Comitatus Mansfeldensem atque Schwarzburgicum* primum irruitur,

rus, ubi per emissarios & literas omnia ad seditionem jam præparaverat.

§. XXIII.

Dicam hoc locò paulò uberius de gestis in *Schwarzburgicis*, cum, quid alibi actum, Cyr. Spangenberg. in *Chron. Mansfeldico. l. c.* latè exponat, & literas varias imprimis notatu dignas exhibeat, quibus partim Metallifossore Mansfeldico ad jungenda secū arma Münzerus invitavit (Latino idioniate expressæ extant apud Gnodal. *L. III. p. 153.*) partim ipsos Comites Albertum & Ernestum, quos suos fratres salutat, sub gravissimis comminationibus accersivit, ut pacis conditiones à se accipiant. Subscriptio semper ita habet: **Thomas Münzer mit dem Schwerdt Gedeons** / *Thomas Münzer, cum gladio Gedeonis.* Quod igitur ad *Comitatum Schwarzburgicum* attinet, ubi vehementissimè sævit hic Rusticorum furor, ac clade accepta tandem plene desavit, amplissimi Territorii is spacium in Thuringiâ continet, complexus viginti Præfecturas, quindecim Palatia & Castra, (quorum tamen tria montana antiquitate & injuriâ temporum ruinam passa) duodecim Urbes, & septem Oppida, in quibus ultra sexaginta millia hominum habitant; & feudali nexu Schwarzburgicis septuaginta amplius familiae Nobiles sunt obligatæ. Ahasv. Frischius, *de antiquâ origine, dignitate, & prerogativa Comitum Schwarzburgic. c. V.* Anno MDCXCVII. pars amplissimi hujus Comitatus, quoad illas scilicet terras, quæ imperio Serenissimi Principis, *Christiani Wilhelmi* parent, in Principatum erecta est, & non ita dudum *tota Domus Schwarzburgica* per honestam transactionem se liberam reddidit à præstationibus, quæ domus Electoralis Saxonica manifesto partim partim dubio jure adhuc exegit, solo Feudali nexu integro manente. Accessit indè non parùm splendoris Schwarzburgicæ Familiae, quod cum legitimè factum, mirum possit videri, quare Autor, quisquis is est (nam plures uno feruntur) iteratæ editionis

des *E. H. Part. I. p. 648.* iam iniquâ Censurâ tum factum Imperatoris, dignitatem Principalem concedentis, tum redemptionem Jurium à Domo Electorali solemnissimè impetratam premat atque perstringat. Ut enim illa cum expressâ clausulâ *de nemini præjudicando* venit, ac adedò Fiscalis Electoralis Actio omnis vana fuisset futura & omninò temeraria; ita libertatem & immunitatem àb Electorali Domo non per sub & obreptionem, sed pro magna satis pecuniæ vi Schvvarzburgici impetraverunt, idque ritè ac solemniter fuisse factum inde constat, dum jussu & præscitu Potentissimi Poloniarum Regis & Electoris Saxonici totum negotium cum iis Ministris, quibus in Sanctiore Senatu præcipuè tum erant partes, satis longâ de liberatione peractum, ab Electore, etiam Agnatorum Ducum è Lineâ Electorali consensu adhibito, ratificatum, & ab Imperatore confirmatum, ac tandem, missis utrinque Commissariis, subditi, qui Electorali Domui antehac obnoxii habebantur, ab eò vinculo immunes declarati & in plenam Schvvarzburgicorum potestatem traditi fuerunt. Sed transeant hæc cum cæteris non ferendis, quibus ubique liber scæter; revertamur nos ad Rusticorum Seditiones. Imperitabat tum terris hisce Comitatus superioris *Güntherus*, in ordine trigessimus nonus, adversus quem Cives *Arnstadii* (ubi sedes Comitatus) commoti ex improvviso omne obsequium detrectaverunt, vique compulsam cum filio Henrico in Curiam ire adegerunt, ut datis Reverfalibus immunitatem ab omnibus oneribus, & cætera multa, quæ libertati suæ congrua viderentur, promitteret. Secuti horum exempla multarum Urbium & Præfecturarum, v. gr. *Immenensis, Königseersis, Rudolphstadenis, Blanckenbergensis, Kesernburgensis* & aliarum Subditi ultra octo mille congregati idem imperarunt, & evitandi vitæ discriminis, quod imminebat, à minacibus obtinuerunt. Idem tentatum in locis aliquibus Comitatus inferioris, maxime à Subditis Præfecturarum *Clingensis, & Oppidorum,*

rum *Greussenæ* atque *Erichii*, quibus, cum resisti tam repente non potuerit, & metus esset, ne Münzerus cum suis agminibus accersitus omnia funditus deleret, Comites ad nutum Rusticorum tùm quidem se accommodare opus habebant. In reliquis inferioris hujus Comitatus partibus, quas Güntherus, quem ordine quadragesimum numerant, regebat, *Sondershusæ* residens, non mitius actum, sed exastuante ipso die Misericordias Domini seditione, Rusticorum furores experta est primum Abbatia *Jecheburgensis*, ubi omnia direpta, fracta, diruta; indè perrexere *Sonderhusam*, & arcem ipsam, nil veriti Comitibus præsentiam, adorti magno impetu Cancellarium *Riethmannum* poposcere, de cujus vitâ sine dubio fuisset actum, nisi per posticum fugâ sibi consuluisset. Ita salvus quidem animâ evasit & corpore, sed in domum ejus irruentes *Harpyjæ* deprædati sunt omnia, & eadem crudelitate usi erga plerosque, qui cum ipsis non facerent, civium *Sondershusanorum*. Nondum erat furori modus, sed procedebant ultra, & omnes, quotquot ejusdem cum ipsis non essent malitiæ, miserum in modum tractabant. Indè totus Comitatus eorum arbitrio expositus, conspirantibus plerisque ibi locorum cum Seditiosis. Imprimis verò *Franckenhusæ* pestis ea nidum sibi tectè fecerat, ubi Civès maximam partem Münzeri signa sequebantur, Comite nequidquam dehortante, cui ex insperatò in eam tempestatem conjecto tantum abest, ut licuerit violenta remedia opponere, ut ex arenâ potius capere consilium, & nisi vitæ honorumque naufragium pati velit, tantisper, & donec vindiciarum commodior occasio, se suosque voluntati & oblato Rusticorum foederi submittere coactus fuerit. Extant in hanc rem responsoriæ Münzeri ad literas Güntheri Comitibus, quas ex privatis schedis hic ad ponere non pigrabor:

Dem

Dem Jüngern Günthern / Vorsteher Christlicher
Gemeine im Schwarzburger Lande / unserem
lieben Bruder in H. Erren.

Die ewige Beständige Günst Gottes sey mit Euch/
allerliebster Bruder.

Euer Schreiben haben unsere Brüder vernommen / und
Eure Brüder Gurth von Tücherode / Henrich Haack / Chri-
stoffel von Allendorff und Balthasar von Wendeleben ange-
nommen in unseren Bund / denenselben Christliche Freiheit
zugesagt / sie nicht zu beschädigen / oder ohnzwecklich zu be-
schweren / des ich ihnen Sicherheit durch meine Handschrift
zugesaget / Allein / daß sich in der Wahrheit befinde / daß sie
die Gerechtigkeit Gottes nicht verhindern / und die Prediger
nicht verfolgen. Wo sie aber das gethan hätten / mögten sie
sich erbiehen billig / daß sie willige Nahrung geben der Ge-
meine in wandeln / und also gedemüthiget Christliche Einig-
keit nicht weiter zu verhindern unterstehen. Des hab ich
Euer Liebe nicht verberget in diesen ieszigen Schreiben / damit
der Erkänntnuß Göttlichen Willens höchlich befohlen. Ge-
geben auf dem Felde vor Duderstadt am Donnerstage nach
Walpurgis im Jahr Christi. 1525.

Thomas Münzerus,
ein Knecht Gottes

Latinò idiomaticè sic se habent:

Günthero Juniori, Rectori Communionis Christiana in Ditione
Schwarzburgica, Fratri nostro in Domino dilecto.

Gratia Dei aeternum duratura Tecum,
Frater dilectissime.

Vestras literas Fratres nostri legerunt, & Fratres Vestros
C. de T. H. H. Ch. de A. & B. de B. in Fœdus receperunt, promit-
tentes ipsis Christianam libertatem, & immunitatem ab omni damna
atque

G

atque illegitimo gravamine, à quibus me à hac manu ipsos securos esse jubeo. Dummodo verè ita sese habet, quod justitiam DEi non sint impedituri. Id ubi jam ante fecerint, juxta id, quod æquum est, ipsi sponte offerant aliqua ad sustentationem Communionis nunc vagabunda, & hoc humiliationis suæ documento fidem faciant, se non amplius ausuros esse unioni Christianæ ullo modo remoram injicere. Hoc Dilectionem Vestram hisce meis literis celare non volui, agnitioni Divinæ Voluntatis eam summoperè commendans. Datum in castris propè Duderstadium d. Jov. post Walpurgis, Anno Christi, M D XXV.

Thomas Münzerus,
Servus Dei.

Imputatum hoc graviter Comiti Henrico à Saxonix Duce Georgio, & Feloniæ accusatus, Francohusâ, Feudo Saxonico, cui non satis diligenter prospexerit, fuit exutus. Sed invitâ sanè justitiâ, dum subitanè istâ seditionis inundatione sic abreptus fuit, ut consulere rebus suis planè non potuerit. Contigerat idem, & longè durius quid, Capitulo Moguntinensi, Marchioni Badensi, Comitibus Hohenloicis, Lövensteinensibus ac aliis, ut supra dictum, & isto rerum ancipitum statu (ubi ne quidem ad Domini auxilia imploranda spacium relictum) jubebat utique sana ratio, è duobus malis id, quod erat minus, eligere. Hinc re rectius perpensâ eodem statim anno Dux Georgius Comiti Franckenhusam restituit. Postulata Rusticorum, in superiore Germaniâ tumultuantium, quæ editò scripto, per Lutherum refutato, promulgarunt, exhibet Lutherus ipse Tom. III. Altenb. f. 114. seqq. Sleidanus l. c. L. V. ad h. an. p. m. 128. seq. Gnodalius l. c. p. 134. seq. Quæ quamvis ubique propemodum eadem fuisse dicat Sleidanus l. c. p. 114. subindè tamen, & pro ratione Provinciarum nonnulla in iis mutarunt, vel planè alia ac nova exegerunt. Adducemus hóc locò Ordinationem ab ipsis Francohusæ publicatam, quæ tredecim hisce constitit articulis:

I. Sit

I. Sit penes Universitatem quamvis, Ecclesiæ Ministros eligere, qui Evangelium & verbum Dei purè, sincerè, & sine admixtis hominum decretis doceant, eidemque liceat eos, ubi secus fecerint, officio exuere.

II. Non tenebuntur subditi amplius Vestigial aliquod, tributum, decimas aut onus cujuscunque nominis Ecclesiasticum aut Politicum cuiquam exsolvere, præterquàm quod ducentis abhinc annis in usû fuerit.

III. Non tenebuntur operas ullas vel Comiti vel Nobilibus præstare.

IV. Non tenebuntur deinceps pro Advocatiâ cuiquam pecunias exsolvere.

V. Agri, vineæ, prata ad Ecclesiam pertinentia, ut & bona quæcunque Ecclesiastica venduntur, & censui legitimo iterum subjiciuntur.

VI. Aquæ, pascua, sylvæ & venationes sunt communia, ut quilibet iisdem, quantum opus, uti possit.

VII. Nisi causa criminis subsuerit, nec Civis nec Rusticus propter delictum aliquod in vincula conjicitur, aut ullo modo duriter tractabitur, sed leniore afficitur poenâ, securus ab apprehensione in suâ domo.

VIII. Vestigial de rebus in foro vendendis & vectoria non præstantor, solvantur tamen pedagia.

IX. Braxandi jus habeant omnes liberum, tam in civitatibus quàm in pagis, ut tamen modum observent ubique laudabiliter constitutum. Franckenhusæ suspensâ hederâ eodem tempore semper duo cerevisiam venudent.

X. Mixtum imperium Francohusæ Senatui & Civitati competet, ut id juxta mores ab antiquis receptos exercent.

XI. Salinarum Dominis integrum esto, salis precia, habitâ lignorum aliorumque sumptuum ratione augere, vel minuere, nec ulli in his immunitas vel exemptio aliqua conceditor;

exceptis illis, quæ in ædificia & puteos impendenda veniunt.

XII. Suburbani iisdem Communitatis juribus cum urbis incolis fruuntur, pro eo tamen subditi sint Senatui urbico, eique dent de bonis suis censum, & Senatorio jure se regi patiantur.

XIII. Esto in manu Universitatis Francohusanæ eligere Senatuum, confirmare, & ab officio removere, nec non de Salario Senatorum constituere. &c. &c.

§. XXIV.

Omnia furiosorum facinora per Thuringiam commissa specialiter enarrare non est mei instituti; illud summatim indigitasse satis sit, quod longè latèque vagati Rustici Monasteria quamplurima miserrimè devastarint, & quod maximè dolendum, incensis ubique chartophylaciis, veterum monumentorum insignem copiam combusserint. Fuere verò Monasteria ista Ilfeldense, Walckenridense, Volkerodense, Ballenstedense, Kelbrense, Ilfenburgicum, Himmelpfortense, Strubingense, Wasserleerense, Michelsteinense, Sittichenbacense, Rhodense, Wimmelburgense, Eislebienne, ac alia Erfurti, Northusæ, Sangerhusæ, Isenaci. Ex Nobilibus quamplurimi sævitiam eam experti sunt, & domus ac arces eorum expilatæ devastatæque Slotheimii, Almenhusæ, Sebachi, Arnsbergæ, Bessingæ, Ebelebii, ubi in triclinio majore vestigia Rusticæ barbarici in destinâ seu columnâ totum ædificium sustinente variè incisa adhuc conspiciuntur. Tali igitur modo cum sæviret turbulenta sex hominum, & pejora indies metuenda essent, ipse tandem Lutherus, ut imputatam sibi suæque doctrinæ seditionis culpam declinaret, acri libello, *wider die rauberischen und mordrischen Bauern* hortatus est & instigavit Principes, ut ad commune velut incendium restinguendum accurrant, & nefarios Latrones ac parricidas istos, absque ulla misericordiâ trucident. *Tom. III. Alt. fol. 122. seqq.* Rectène fecerit an secus Lutherus

therus, nunc ego non disquiram; constat tamen eum ejus libellum ut nimis vehementem à multis fuisse vituperatum, quibus ipse in Epistola apologericâ ad Cas. Müllerum, Cancellarium Mansfeldicum, prolixè respondit, ac sententiam suam ruitus fuit *Tom. III. fol. 141. Sleidan. l.c. L.V. p. m. 138.*

§. XXV.

Summè autem necessarium erat, desperato morbo duram Medicinam adhibere, ad quod faciendum se tandem (impediti aliquandiu morbo ac insegurâ morte Electoris Saxonici Friderici) accinxere vicini Principes Johannes, cum agnato Duce Georgio, Dux item Henricus Brunsvicensis, & Philipus Hassiæ Landgravius, exiguâ manu adversus magna Seditiosorum agmina moturi. Confederant Rustici *ad Franckenbusam*, in monte (qui hodiernum *der Schlachtberg* à mactando salatur) neque tormentis neque armis aliis idoneè instructi, sed in multitudine suâ & curribus, quibus se munierant, vel potius in miraculoso quodam DEi præsidio, de quo Antesignanus Münzerus spem fecerat, fiduciam collocantes, qui ubi adventantes cum copiis Principes conspexerunt, his verbis Scedulam ad eos misere:

Wir bekennen Jesum Christ.

Wir seynd nicht hier jemand etwas zu thun / Joh. 2. Sondern von wegen der Göttlichen Gerechtigkeit / die zu erhalten. So sind wir auch nicht hie Blutvergiessen zu stiften. Seyd Ihr dessen nun auch gesinnet / so wollen wir Euch nichts thun / darnach sich ein jeder zu richten.

Confitemur Jesum Christum.

Neque hic locorum eo animo sumus, ut quemquam offendamus. Sed propter divinam justitiam, ut eam conservemus. Neque eum in finem hic congregati sumus, ut sanguinem profundamus. Quod si eadem mens & vobis fuerit, nihil est, quod à nobis metuatis. Spangenberg. l.c. p. 423.

Tentabant initiō Principes, an monitis ad sanam mentem reduci possint Rustici, quorum à Thomâ deceptorum plerosque miserebat. Non igitur solum scriptis, sed & per nuncios gratiam offerebant, si traditis armis ad sua se reciperent, & Münzerum cum aliis seditionis Autoribus exhiberent. Sed tanrum abest, ut locus daretur à multitudine Rusticâ tam clementibus oblati, ut potius à Münzero, qui capiti suo timebat, acri sermone (quem refert Gnodalius *l. c. L. II. p. 155. seqq.* & Spangenberg, *l. c. p. 423.*) instigati in pertinaciâ suâ perstiterint, & ex iis, quos ablegarant Principes, Nobilem aliquem, *Maternum de Geboven* crudeliter interfecerint, reliquos, quos inter etiam Wolfius, Comes Stolbergicus, captivos secum detinuerint, & loco responsi altâ voce clamitare inceperint: *Frisch dran / frisch dran / und nur drein geschlagen / gestochen / und der Bluthunde nicht geschonet. Agite, agite, cadite, pungite, nec parcite sanguinariis.* Singulare quid & notatu dignum tum acciderat, cum Thomas suos hortaretur, maximo tamen miserrorum malo, unde animis additis cœco impetu in pugnam ruebant. Iridem in vexillis suis depictam gestabant Rustici, & eodem tempore, quo oratione eos firmabat Münzerus, iris in aère conspicua facta est, unde summo dicendi argumento ad eorum de singulari DEi favore & adiutorio reddidit, ut trepidantes etiam animos reciperent, & persuasi, nulla tormenta vel tela Principum ipsis futura nocumento, pugnam avidissimè expetierint. Sed quam vanè fuerint delusi statim comprobatum est infelici eorum fato, dum tormentis adversariorum in se displosis attoniti, neque se defendentes, neque fugam arripientes undique magno numero conciderunt, unde abjectis armis plerique ad preces confugiendo cantare occœperunt misera voce:

Nun bitten wir den Heiligen Geist.

Quæ ut intempestiva erat pietas, ita etiam iratos Principes morari non potuit, quin carragine ruptâ cum exercitu eos adorti magnam

magnam stragem ediderint, reliquos in fugam conjecerint. Occisorum in ipso conflictu numerabantur circiter quinque milia; neque tamen hic subsistebat ira militum, sed ultra modum vindictâ in Cives Francohufanos, Rusticorum ad seclas permissâ, caedibus atrocissimè sævitum est. Bisenim mille, quadraginta & viginti tres in urbe periisse, computatis trecentis illis, qui capite plexi, refert Spangenbergius. *l. c. p. 362.* Edita est illa strages die Lunæ post Dominicam Cantate seu d. XV. Mensis Maji. Profugerat etiam in hanc Urbem Münzerus, inque domum propè portam se recipiens, in lecto quieti se tradiderat. Eò venit, cum in diverforiis publicis non esset locus, fortè Nobilis quidam, equos suos stabulatum, ejus servus dum omnia in domo circumspicit, incidit tandem in Thomam morbum simulantem, quem quidem parum curasset, videns autem manticulam in eodem cubili, spe prædæ potiundæ, cum omnia militibus in Cives licerent, eidem inhiat, ac statim incidit in literas Alberti, Comitis Mansfeldici ad Münzerum perscriptas. His proditus capitur, & ad Principes adducitur, nullo tamen vel timoris vel pœnitentiæ signo tum quidem edito. Rogatus enim, cur tanto sanguini profundendo ansam dederit? respondit audacèter, rectè se fecisse sic coërcendo Principes, qui Evangelio & Christianæ libertati tantoperè adversentur; dum verò hæc occasione Rustici cladem acceperint, id non sibi, sed ipsismet imputandum, qui sic utique voluerint. Traditus Ernesto Comiti Mansfeldico, cui atrociter brevi ante fuerat comminatus in literis dirissimis, apud Gnodal. *l. c. L. III. p. 158.* & Spangenberg. *l. c. c. CCCLXII. p. 422.* *Heldrungum* in custodiam abductus, ibique quæstionibus subjectus, præsentè Georgio Duce, multa de facinoribus suis & inter illa etiam, quod in Hegovia & in aliis regionibus Articulos de modo gubernandi Evangelico divulgaverit, nec non de complicibus confessus est, quæ prolixè iterum Gnodalius *l. c. Conf. Lutherus, Tom. III.*

Allenb.

Altenb. fol. 137. ubi, quid in tormentis responderit, exponitur. Adductus inde in castra Principum ad Mülhusium (ubi jam & ipse Elector Saxoniae praesens, qui demum post cladem Francohusanam d. XX. Maji Vinaria cum copiis digressus fuerat) capite plexus fuit, hoc ad hastam affixò, non, quod Cochlæus in *Catalogo Seditioinum* mentitur, catenâ alligatus & affatus. Moriturus errores suos agnovit & doluit, hortatus tamen Principes, ut majore clementiâ erga subditos utantur, & Libros Regum, qui in Sacro Codice extant, sedulo meditentur.

§. XXVI.

In iisdem castris actum quoque fuit de *puniendis Civibus Mülhusiensibus*, qui seditionem præcipuè aluerant, & supra nominatum Pfeifferum huc usque intra pomeria sua foverant. Ad rem demum componendam post preces supplices sic fuit conventum, ut, salvò Imperatoris & Imperii jure, Incendium & direptione Urbis 40000. florenis redimerent, multam 80000. solverent, & interea omnes pagos Electori, Georgio Duci & Landgravio oppignorarent, hosq; Protectores perpetuos reciperent, singulis 300. florenorum tributum annuum soluturi. Seckendorf. *l. c. L. II. p. 12.* Hoc modò urbs in gratiam recepta, ac omnia in pristinum statum & ordinem restituta fuerunt. Ea nocte, quæ deditioem præcedebat, Pfeifferus cum quadringentis suis Sæctatoribus clam aufugerat, sed ad Ifenacum ipse & nonaginta duo cæterorum capri ad Principes in iisdem castris adhuc commorantes adducti fuerunt, ubi Pfeifferus ad capitis poenam damnatus sine ullo poenitentiae indicio ictum excepit, quò etiam supplicio XXV. sodalium plexi, junioribus autem parcitum fuit. Sumisit quoque poenas Dux Georgius à Civitatibus *Longo Salissensi, Tenstadio* atque *Sangerhusâ*, Seditiosorum afflicis, & præter graves impositas multas ubique etiam capitis supplicium in nonnullos statuit, quò Salissæ quadraginta & unum Sangerhusæ verò duodecim periisse scribunt Spangenberg. *l. c. p. 302.* & Seckendorf. *l. c. p. 13.*

§. XXVII.

§. XXVII.

Neque verò silentio hic omittendum est, quod refert David Peifferus, Ducem Georgium ex quæstionibus captorum Sangerhusensium comperisse, quod rebellionis lues etiam *Lipsienses* aliquot Cives contaminaverit, qui agrestibus promiserint, se adventantes portis apertis in urbem accepturos esse. Inquisivisse igitur confestim Ducem in eorum studia, & quos ejus noxæ reos deprehenderit, octo gladio percussisse, quindecim urbe & regione omni exterminasse; Sacrificulum quendam & Bon. Art. Magistrum ad Merseburgicum Antistitem misisse, more Ecclesiastico plectendum. *Rer. Lipsenf. LVI. p. 458.* Adde Fabricium, *Orig. Sax. LVII.* Latissimè scripsisse id contagium per *Misniam & Saxoniam*, omnesque ferè urbes, vicos, pagos infecisse, multosque propterea suppliciis, vinculis, multa punitos memorat Gothfr. Arnoldi, *Kirchen-Histor. P. II. Lib. XVI. c. 2. §. 23.* Intelligendum tamen hoc præcipuè de locis, quæ Georgii Ducis imperio subjecta fuere. Nam licet etiam *Electoralis Saxonia* non omnino expers fuerit Seditionis, moderatores tamen se ibi gesserunt Rustici in tumultibus, & Elector in poenis mitiorem. In toto Electorali Circulo (im *Chur-Craisse*) tranquilla omnia fuisse constat ex literis non unis Melanchthonis, apud Seckendorf. *l.c. p. 13. seq.*

§. XXVIII.

Quod *Franckenbusanos* Cives (ut huc revertamur) non in minore reatu constitutos attinget, cum iis admodum duriter actum à Duce Georgio, Saxone, & durius sanè quàm justitia posceret. Namque non fuerat satis, diripiendâ dare Urbem militibus, tot homines, quot Spangenbergius numeravit, gladio punire, & profugos exilio afficere; sed & pro belli sumtibus quinque mille florèni & cerra salis quantitas ad certos annos Saxoburgam vehendâ posebantur, qua in re tamen nonnihil datum fuisse odio in Religionem Evangelicam, cui plurimi in urbe favebant, non negari

H

negari

negari potest; idque etiam aliis in locis observatum, rectè monet Seckendorf. *l. c. p. 13.* Ernesto, Comiti Mansfeldensi adhuc Pontificio Francohusani multum nocuenti attulerant, occisis quoque nonnullis ex ejusdem Officialibus. Huic reparationem dari ut non erat iniquum, ita eandem quoque à damnis ad gravem pecuniæ summam obtinuit. Sed debebatur adhuc poena Domino, Comiti Schvvarzburgico; quam cum Francohusani satis & multifariam jam plexi suppliciter deprecarentur, suorum subditorum misertus non aliam esse voluit, quam Senatus & eorum, qui in muneribus publicis constituti Seditiois rei fuerant, ab officio remotionem. Eadem clementiâ quoque usus est erga *Sonderhusanos, Greussenfes, Clingenfes* & reliquos inferioris Comitatus, quorum vitæ & bonis parcendo, redditione literarum, quas ante extorserant, & humili delictorum deprecatione iram suam mitigari passus est. Sed alibi, videlicet in *superiori Comitatu*, gravius in Rebelles animadversum. *Arnstadii* d. XXVII. Maji novem ex auctoribus Seditiois capite truncati, quadraginta per aliquot menses in vinculis detenti, ipsique Cives Arnstadienses tria florenorum millia, & cæteri subditi, qui ad *Ilmenam* in castris cum Rebellibus fecerant, quindecim millia solvere cogebantur, amissis omnibus ubique Privilegiis, quæ demùm post præstitam emendam, & submissionem sufficienter factam à Comite receperunt. Excerpta hæc habeo, beneficio Dn. Præsidis, ex P. Jovii Chronico Schvvarzburg. MS&. *P. V. c. 51. 63. & 68.* in Archivo Ser. Principis Sonderhusæ exante.

§. XXIX.

Nondum exhausti sentinam istam malorum, neque proximè elapsum seculum ab iis planè fuit immune. Occurrit enim Rusticorum Seditio, quæ in *Austria superiore* A. MDCXXVI. erupit, & quidem tum ob Reformationem Evangelicæ Religionis, quam Imperator Ferdinandus II. d. XI. Octobr. severif-
simè

simè edixerat; tum ob exactiones & onera nimia, quibus Rustici ibi locorum premebantur. Insurrexerunt igitur undique, adversus eas injurias se tuituri. Vexillis (præter rotam, undè dicti die *Räufers-führer*) hæc inscripta cernebantur lemmata :

Weils gilt die Seel und auch das Blut/

So gib uns GOTT ein Helden-Muht.

Perdere vult animam cum corpore pessimus hostis,

Ergò pugnemus. Det fortia pectora Numen!

Rudolf / Schaubühn. ad h. an. p. 317. Adamus, Comes Herbersdorffensis, Linzio ab Electore Bavaro, cui pro belli sumptibus à Cæsare ad tempus dedita erat ista regio, præfectus, septus aliquo milite adversus eos prodierat, ratus ad veteranorum arma terga daturus; Sed spe istâ falsus pluribus suorum amissis Linzium celeri passu se recipere compulsus fuit. Crevit ex eò numerus Rusticorum, ut octingentorum bellantium summata excederent, qui constituto sibi Duce *Stephano Fadingero*, pileario, triginta muralia tormenta secum traherant, nec pyrii pulveris copiâ destituebantur. Sic instructi posuere castra ad *Linzium*, aggestoque vallo machinis bellicis id aggressi sunt. Imperator publicis literis dehortatus est, & ne latius malum serperet, Consiliarios misit, qui explicatâ optimâ ejus voluntate eos mollirent. Actum etiam fuit in Aulâ Cæsareâ cum Rusticorum mandatariis, sed successu parum felici, dum, quæ postulabant Rustici (scilicet ut Evangelicæ Religionis libertas relinqueretur vestigalia nimia minuerentur, militum stipendiis atque numero modus poneretur) ea omnia ipsis denegata fuerunt. Indè Linzii obsidio majore cum impetu à Rusticis continuata, quæ tamen, licet multis hominibus constiterit, demum solvenda erat. *Anisum* autem (novò Duce *Acatio Villingero*, Sutore, sibi constituto, postquam prior missili globo laceratus fuerat) in suam potestatem redegerunt; & commissõ quater

cum Cæsareis atque Bavaris (quibus Vindeliciâ copias auxilia-
trices adduxerat Adolphus Dux Holsatiæ) præliò superiores
semper discesserunt. Tandem Dux Bavarus *Pappenheimium*
cum sex armatorum millibus misit, qui cæteris Cæsareis atque
Bavaricis cohortibus juncti primum ad *Effettingum*, quod à Ru-
sticis tenebatur, deindè *Gmündeni*, denique *Greisburgi* cladi-
bus eos affecit, quamvis primâ præsertim vice Marte valdè
diuque ancipiti pugnatum, & victoria admodum cruenta fue-
rit. Octo saltem millia Rusticorum hoc bello cecidere; quid cum
cæteris actum, verbis Josephi Riccii referam. *Sic confectum*
est, inquit, *Rusticum bellum; Magna Rusticorum pars ab armis*
ad stivas & sarcula redierunt, sordior turba & noxiores facinoris
autores alii alio dilapsi salutis fugâ prospexerunt, de quibus habitâ
accuratâ quæstione, quotquot comprehendi potuerunt, laqueo suspensi
crucibus pependerunt. *De Bell. German. L. II. p. 294. seqq.* quo cum
Car. Caraffa, *German. Sacr. restaur. p. 294. seqq.* Everhard. Wassen-
bergius, *Comment. de Bell. p. 132. seqq.* Petr. Pappus, *Epitom. rer.*
Germ. ad A. MDCXXVI. p. 58. Bapt. Nani, *Hist. Venet. part. I. L. 6.*
p. 328. seqq. ac alii, si lubet, conferri poterunt.

§. XXX.

Et hæc de Seditionibus duorum Seculorum proximè elapso-
rum, quas Rustici in Germaniâ moliti sunt, ut quidem ex Hi-
storiarum monumentis eas eruere nunc licuit. Videt & præ-
sens, in quâ vivimus, ætas, & quidem his ipsis suis auspiciis in-
auspicatorum ejusmodi motuum specimen in *Bavariâ*, quos,
dum in hoc argumento occupor, sicco prorsus pede præterire
non possum, quamvis in omnium memoria adhuc illi versen-
tur. Pulso cum Gallis, d. XIII. Aug. A. M DCCIV. ad Hoch-
statium Bavaro, & terris Electoralibus Imperatori asseris, ne-
scio an amore erga veterem Principem, & odio novi Regimi-
nis à Cæsare suscepti, ut quidem præ se ferebant, an verò no-
varum potius rerum & prædæ studio circa mensem Novembrem
Anni M DCC V. pauciores primum numerò arma sumserunt,
sed

sed brevi tempore in copias longè maximas & multorum milium exercitum, *Titulo: Chur-Bayerische Landes Defensoren* evaluerunt. Ac primùm primùm quidem invadebant in *Bavariâ superiore Burghusum*, eoque d. XVI. Novembris direpto, *Brunaviam*, locum munitissimum, obsidebant, mandato publico, quo belli sui causæ expositæ erant, d. XXII. Nov. subditis universis, ut sibi præsto essent, injungentes, multaque immorigeris minitantes. Occupata inde *Brunavia*, & porrò d. VII. Decembr. *Schardingâ*. Quibus in superiore *Bavariâ* peractis *Armistitium* ab Administratore petebant, quod etiam ad dies decem concessum, & de turbis sopiendis *Anzingæ* actum; sed tam dura Rustici efflagitarunt, quæ inter etiam præsidii *Cæsarei* toto *Electoratu* ejectionem, ut non digni habiti fuerint, cum quibus porrò de negotio tractaretur. Perfidè autem eos agere inde statim compertum est, dum durante *Armistio* d. XVIII. Decembris edicto publico ad *Concilium majus bellicum*, ut vocarunt, subditos *Præfecturæ Burghusensis Brunaviam* convocarunt. Subscriptum erat à *Johann. Aloysio Zelli / Obrist und Commendanten zu Braunau*. Imò simili ratione paucis autè diebus literis patentibus incolas *Præfecturarum Straubingensis & Landsbutensis* ad defectionem sub gravissimis comminationibus sollicitaverant. In *inferiore Bavariâ Kelheimium*, fraudibus Lanionis cujusdam *Krausii*, ad hoc à *Brunaviensibus* instigati, nec non *Vilzhofium* in potestatem suam redegerunt. Imò eò processerunt audaciæ, ut *Monachium* in ipso *Natalitiorum Festo* infestarent, quamvis admodum infeliciter. Demum in *superiore Palatinatu* d. ult. Decembris *Joh. David Müllerus*, antea Sacerdos *Obervvitachensis*, sed, qui omnium suarum rerum decoctor ad summam paupertatem redactus fuerat, *Urbem Cham* præsidio *Cæsareo* eripuit, & per literas *Præfecto istius districtus* injunxit, ut *Rusticos* sibi parentes cum armis

d. II. Jan. sequentis anni in castris ad Chamum comparere jubere. Titulum sibi hunc tribuit homo fatuus:

Florian, Sigismund, Maximilian Müller / Edler Herr
von Althammerthal / und Fronhofen / Brigadier,
Commendant in Cham.

Loca ea erant ferè omnia munita, & in his quædam satis fortiter; sed, dum nullus ab hoste metus, præsidia imposita habebant admodum exilia, undè Rusticis animus felicioresque successus, præsertim cum astu, unoque velut impetu omnia agerentur. Non omittebat equidem, quæ sui erant officii, Administrator Casareus, Illustrissimus Comes Löwensteinensis, Maximilianus Carolus, monitoriis, dehortatoriis & avocatoriis tumultuantes compescere, &, cum hisce nihil proficeret, denique d. XIX. Decembris mandato pœnali nomine Imperatoris publicato perstituros in contumacia pro Rebelligis declaravit, dictatâ rebellionis pœnâ, cujus executio Vigiliarum Generali Præfecto *Krichbaumio* jam demandata fuerat. Sed auxit hoc præfractorum hominum malitiam potius, quam ut resipuerint, sicque multò majore audaciâ grassati effecerunt, ut aliunde etiam ad ipsos opprimendos vires conquirerentur. Congregati enim in *Comitis Ratisbonæ Ordinum Legati* non extrateli jactum se esse videntes, non Imperatorem solum, sed & vicinos Circulos, ut missis copiis Comitiorum securitati prospicerent, monuerunt. Quod & factum, atque à *Marchione Onolsbacensi* nec non *Duce Wirtenbergico* manipuli militum aliquot submissi, quorum ope Rustici demum ubique in ordinem redacti fuerunt. Ac initium quidem factum ab oppido *Kelheim*, quod Baro *Truchsesius*, Chiliarcha d. XIIX. Dec. recepit, multis eorum, qui in armis deprehendebantur, statim occisis, plurimis captis, & eos inter Antesignanò *Crausio*, qui Ingolstadium abductus d. XXIV. dicti Mensis quadrigis discerptus, partibus in quatuor Præfecturis ad palum affixis; do-

mus

mus verò diruta, & in locum ejus patibulum positum fuit. Ex
 iis, qui in urbe capti, deni civium & quindenī Rusticorum rebel-
 lium sorte legendi laqueo suspensi fuerunt, vi sententiæ d.
 XX. Decembr. Monachii latae. Die XXIX. Decembris recu-
 peratum quoque *Vilshofum* per Chiliarcham *Argnanium*, &
 tum quidem Rustici, qui oppidum tenuerant, durante obsi-
 dione, per portam *Vilsiam* elapsi poenis se subduxere; sed, cum
 paucis indè diebus denuò locum infestare vellent, cum eade tre-
 centorum repulsi sunt. Pridiè Natalitiorum Christi circa me-
 diam noctem Rebelles exercitu circiter sex millium Mona-
 chium adorti pontem super *Isarim* fluvium stratum simul cum
 turri, quæ ibi est, occupant, progressuri ultra, & ipsi urbi
 vim intentaturi. Erant autem non solum in eadem ad talem
 impetum sustinendum omnia benè disposita, sed & sub dilucu-
 lum Generalis Vigiliarum Magister *Krichbaumius Anzingâ*
 cum copiis adventans in eos fecit impetum, cum eodem tem-
 pore præsidarii milites jussu Chiliarchæ *Devventii* Præfecti,
 eruptionem ex urbe facerent, unde, eleri fugâ dilapsi Rebelles
 demum ad *Sendlingen*, pagum Monachio non longè distitum
 confederunt. Amiserunt autem benè multos, non solum in
 conflictu ad urbem, sed & in fugâ, quâ tam celeriter ipsos Cæ-
 sareani persequebantur, ut ferè unâ cum Rusticis ad pagum,
 quo se recipere volebant, pervenirent. Hic deprehensos cir-
 cumdederunt undique, & non nisi quadringentis circiter capti-
 vitati servatis omnes unâ eâ strage miserè deleverunt. Cæso-
 rum & graviter vulneratorum numerabantur penè ter mille.
 Antesignanos habuere Gallum quendam, nomine *Cothier*, Com-
 missarium Bavaricum *Fuchsum*, & Centurionem *Mejerum*,
 aliosque, qui sub Electoris quondam signis militaverant. In
 prædam cessere victoribus quatuor vexilla Bavaricis insignibus
 ornata, sex tormenta minora, unum par tympanorum, &
 quinque vehicula vario apparatu bellico onusta. Porro d. IIX. Jan.
 Anni

Anni MDCCVI. non procul *Aidenbachio*, à *Vilshofio* duarum horarum itinere distante, idem Baro *Krichbaumius* in agmen *Rebellium* incidit, idque priore longe copiosius. Sex enim vel septem millia *Seditioforum* numerata ferebantur, *Ducibus* quodam *Hofmanno*, cui *Chiliarchæ* titulum tribuebant, ac *Centurione Webero*, qui sub *Electore* & post duce *Wirrenbergico* stipendia meruerat. Res periculi plena videbatur, cum mille & octingentis (tot enim viris constabat *Krichbaumii* manus) *Rebellium* desperatè agentium tantas copias adoriri. Sed vicit metum causæ bonitas, & tam feliciter pugna successit, ut hostibus profligatis quater mille circiter eadem acie (si quidem acies & non laniena potius nominanda) ceciderint, è *Cæsareis* non nisi octo hominibus desideratis, & equis adhuc paucioribus. Ad *Isaram* & *Danubium* rebus pacatis versus *Oennum* fluvium progressus *Krichbaumius*, *Schardingam* deditione statim accepit, factâ 400. supplicibus *Rusticis*, qui eam ante occupatam tenebant, gratiâ. Inde movit *Brunaviam*, à 3000. millibus *Rebellibus* antea missis aut fugitivis infestam. His animus erat, ad extrema locum defendere, sed arte delusi à *Barone Oxfordio*, quem in suas partes vi attractum urbis *Præfectum* fecerant, proposito suo exciderunt. *Persuaserat* enim ille, necessarium esse, ut adventanti *Generali Krichbaumio* cum copiis extra urbem obviam procederent, ejusque, ut *militum* numero longè inferioris, vires acie quodammodo attererent, ne in oppugnationem oppidi totas convertere possit. Dicto obsequentes *Rebelles* locum milite denudabant, in quem, (re antea cum civibus & *Krichbaumio* clanculum compositâ) *Cæsareis* copiis advolantibus subito *Oxfordius* se recipiens, portis post se resecatis *Rebelles* reditu exclusit, qui deceptos se videntes, plerique præsentissimo periculo celerrimâ fugâ se subdixerunt, urbsque *Krichbaumio* d. XVII. *Januar.* restituta fuit. *Secutum* est brevi post *Burghausium*, quod sine

cæde

cæde Chiliarcha *Hochbergius* recepit: & tandem d. XVI. Jan. *Chamum* superioris Palatinatus post tridui oppugnationem ab *Arnano* in fidem Imperatoris revocatum est, aliquot centum Rebellibus, qui inter paciscendum clam evadere volebant, ab irato milite passim trucidatis. Præcipui quoque Rebellionis auctores capti, scilicet *Müllerus*, de quo modo dictum, Castelli gubernator, ejusque Locumtenens, *Christoph Blausfurtuchius*, Civis Chamensis, & professione Tinctor, nec non *Bratvourstius*, supremus Capitaneus, & Rebellium Commissarius bellicus, qui conditionibus cæterorum exclusi dignam improbitate suâ mercedem retulerunt. Petii hæc ex *Relationibus publicis*, & Stanisl. Reinhardi Axtelmeieri *Schaubühne der Rebellionen/ edit. August. Vindel. 1706. p. 400. seqq.* quæ si accurata satis non fuerint, veniam tamen merebor, qui in argumento hoc occupatus saltim aliqua referre potius malui, quàm omninò silendo eâ in re hiatum non tolerandum committere.

§. XXXI.

Plura fortè Rustici ejusmodi furoris exempla colligi possent, & notissimum est, quid annò superioris Seculi trigesimo tertio adversus milites Suecos per Suntgoviam & Brisgoviam Agricolaæ moliti fuerint, quò de Pufendorff. *Rer. Suecic. L. V. §. 22.* Sed cum ad Seditiōem propriè sic dictam, quâ de agere mihi propositum, hæc & similia referri non possint; igitur sicco pede ea præteribo. *Tumultuum* tamen quorundam in viciniâ nuper à Gente Rusticâ (quæ optima flens, ridens pessima per jocum non ab re dicitur) motorum vel tribus verbis facere mentionem, propter argumenti affinitatem ab instituto non erit alienum. Est Districtus novem pagis constans, vulgò *das Busecker Thal* / à Nobilibus de Buseck, quorum Jurisdictioni Rustici subsunt, ita nominatus, & unum vix lapidem Gießa distans. Is ut in Landgraviatu Hassiæ situs est; ita par-

rim antiquissimis Cæsareis Privilegiis, partim liquidis pactis & transactionibus in Instrumento Pacis Osnabrugensis Articulo XV. §. 13. confirmatis suffulti *Serenissimi Landgravi* per sesqui-seculum sine cujusquam contradictione Jus, ut vocant, Superioritatis Territorialis in eo exercuerunt. Sed Mensibus abhinc non ita multis Rustici jugum excutere ausi causam quidem in Aulâ Cæsarea agere cœperunt; Sed non expectantes, donec remediis suspensivis *Serenissima* Domus jura sua satis tueretur, multò minus, ut Executoriales decernerentur, ipsi Rustici sententiam executuri signa vestigalium, *die Zoll-Stecke* aboleverunt, Tributum aliasque præstationes exacturos Officiales re infectâ abegerunt, ne quidem à maledictis in Principem abstinentes, & ut paucis dicam, frena mordentes omne subjectionis obsequium verbis & opere ipso detrectaverunt. Alter *Tumultuum* Rusticanorum exitit in *Comitatu Solmensi Braunfelsco*, priore quidem levior, satis tamen & ipse gravis. Nam in *Præfectura Hoyngen* ad istum Comitatum spectante septem pagorum incolæ non quidem imperio Illustrissimi *Comitis Wilhelmi Mauriti* prorsus se subtracturi, sed operas & alia debita denegaturi motuum ansam dederunt. Unde re ad Imperatorem delatâ, & per Cæsareum Commissarium, Illustrissimum Comitem Hanoviensem, *Philippum Reinhardum* legitimè ventilatâ, cum d. XV. Octobr. & XXIV. Decembr. anni præcedentis pro Comite Solmensi pronunciaretur, Rustici armis correptis in pertinaci præstandorum denegatione cita perstiterunt, ut demum militaris executionis comminatione ad officium adigere Illustrissimus Cæsaris Commissarius habuerit opus, Plura similia, dum tantum non ubique adversus Dominos insurgunt hodie Rustici, facile adduci possent; sed cum penè ultra modum labor creverit, hisce ei lubet imponere colophonem.

EPIME-

EPIMETRA.

- I. **P**raestat habere militem conscriptum, quam Rusticis arma imponere.
- II. Docere tamen Rusticos artem armorum tractandorum & utile est, & aliquando necessarium.
- III. Tumultus à Seditionibus multis modis differunt, maximè per hoc, quod illi ferè in vociferationibus & querelis; hæ in violentia consistant: Illi sine, hæ cum armis peragantur; Illi Seditiones ferè antecedant, quamvis & aliquando cum his conjungantur.
- IV. Neque tamen Seditiones cum bellis Civilibus vel cum Rebellionibus confundenda.
- V. Bella enim Civilia sunt, quando vel Imperans & subditi, vel subditi inter se invicem armis decertant; cum Seditio possit esse & extingui sine armata vel Imperantis vel caterorum Civium defensione. Et his omnibus, scilicet tam Seditio-

actis
Arti
vii
t vo
Men
fam
nes,
saris
ipfi
Sto
uros
Prin
mne
unt.
mensi
avis.
ante
Co
alia
npe
aum
timè
rece
cor
runt,
cium
ppus,
unos
penè
colo

IME.

ne, quàm Bellis Civilibus per se non intenditur Status mutatio, ut in Rebellionibus.

VI. *Rebellio igitur est violenta subjectionis prioris denegatio, & externi Domini electio, cum Perduellionis crimine plerumque conjuncta.*

VII. *Seditiones ferè oriuntur à violatâ Religione, oppressâ Libertate, à Tributorum & onerum immodicâ gravitate, à Novorum Institutorum introductione, ab indignorum ad officia promotione, & dignorum prateritione, àque contumeliis Civibus illatis.*

VIII. *Homines ad Seditionem praeceteris proclives sunt inopes, decoctores, ociosi, malefici, ambitiosi.*

IX. *Prudentis Reipublica Rectoris est, ubi dispositos ad Seditionem Civium animos sentit, ut in tempore & antequam eundo vires adquirat, Tumultus extinguat, causas, ubi vera fuerunt, medendo; ubi false, Conventus dissipando, & in Auctores gravius animadvertendo.*

X. *Ideum*

- X. Idem multò magis observandum, quando iam in Seditionem Tumultus eruperunt, ut scilicet motuum causis sublatis animi Seditiosorum sopiantur, aut, factâ aliquibus gratiâ, in partes Seditiosi inter se scindantur, & quantum fieri potest, rigor clementiâ temperetur, imò hæc illi præferatur.
- XI. Optimum verò omnium fuerit, ita Civitatem regere, ut ne ad Seditionem inclinandi animos Subditi inveniant occasionem.
- XII. Quare Princeps in Religione nihil cum violentia agat:
- XIII. Immunitates & Jura rite acquisita & possessa Subditis facta tecta conservet:
- XIV. Tributa & Vectigalia immodica non imponat, & in iis ad querulum vulgi ingenium se attemperet, præcipuè modica potius & varia, quàm grandia & uniformia exigendo:
- XV. Nisi manifestus Reipublica usus exigat, nihil facile innovet, præcipuè in monetis, mensuris atque ponderibus:

XVI. Secundum merita munera distribuatur, nihil privato odio dans, nihil simplici gratia, vel aliis respectibus in iustitiâ locum non inveni-entibus:

XVII. Abstineat à contumeliis erga Cives, et ab injuriis iis inferendis sibi caveat, siue re ista committantur siue verbis tantum.

XVIII. Hac si probè observassent Rectores Civi-tatum et Principes, de quibus in preceden-tibus dictum, multae Seditiones vel omninò non extitissent, vel facilius iterum fuissent extin-ctae. Nam licet iustam causam Rustici habue-rint nunquam, veras eas tamen aliquando Se-ditionibus subfuisse negari non potest.

Viro

Viro Præ-Nobilissimo, Amplissimo & Consultissimo,
DN. JO. FRIDERICO HOFMANNO,
Jcto Celeberrimo,

*Augusti Judicii Cameralis Pro Curatori & Advocato optimè
merito, & diversorum Imperii Ordinum Consi-
liario gravissimo,*

Fautori suo longè honoratissimo,

S. P. D.

IMMANUEL WEBERUS, D.

Nescio utrum Tibi, *Vir Consultissimo*, de Filio moribus pro-
bo & in literis optimè proficiente, an vero Filio de Patre
consiliis rectè & sapienter adjuvante gratulari nunc debeam. Est
sanè magna ea Parentum felicitas, si quando, hoc præsertim re-
rum Academicarum statu, quò disciplina à multis pessumdari,
& honestiori vitæ repudium mitti videtur, Filii & tempus benè
collocant, & sumtus utiliter impendunt. At, nisi omnia me
fallunt, non minus habent, de quo sibi gratulentur Jvenes ad
Scholas Regias abituri, quibus obtingunt Patres & ipsi literis
benè instructi, & quid ad Docti Viri non nomen, sed merita &
æliorum requiratur, probè intelligentes. Mittuntur multi in Aca-
demias tanquam ad mercaturam bonarum artium, sed paucio-
res sunt, qui cum quæstu indè redeunt, & quibus non eveniat,
quod proverbio dicitur: *Venientibus ad mercatum imperitis, ven-
ditores lucrum, emtores damnum sentiunt.* Pecuniâ sanè strenuè
emunguntur à variis, sed inanes fere recedunt, aut si quid domū
secum referunt, id è Superioribus, quas vocant, Facultatibus, vix
tamen à limine aliquando salutatis, utcunque sine ordine, sine
judicio arreptum est, in quas dum *impetores* irruunt, & consilii
inopes, id, ne omninò nihil, pro lucro reputant, si rerum gra-
vium

vium aliquâ farragine onusti in classe Semidoctorum, aut verius
παρὰ τὸν numerum aliquem facere queant. Alia longè TIBI
mens & sanius consilium, qui, *Vir Consultissime*, quam distent æra
lupinis dijudicare satis didicisti; alia optimæ spei Filio studendi
ratio. Neque enim sine lentre navigare, & rudi Minervæ The-
midis Sacra tractare hunc Tuum voluisti; Sed omnium primò
iis Studiis, unde decus & ornamentum, immò unde perfectio
cæteris, quæ ordine antecedunt, probè excolere animum, &
in iisdem, ceu parerat, Historiarum quoque notitiâ imbucere
jussisti. Obsequentem in his, ut in reliquis omnibus, Natus se
gessit non ad vulgaria natus; & quemadmodum ingenium na-
tura dedit felicissimum, ita justâ methodo omnia digessit, nihilq;
eorum, quæ ad eruditionem non proletariâ provehere possunt,
unquam omisit. Specimen igitur eorum, quos in Historia fecit,
profectuum dum Tuo, *Vir Consultissime*, jussu in Sapientum coetu
hodiè editurus est, non possum non ego, quin de eo Utrique Ve-
strum ex animo hisce gratuler; ac Tibi quidem de rectis sanctisq;
consiliis, quò Filii studia moderatus es; huic verò de felici Pa-
ternorum consiliorum fructu atque successu. Faxit benignis-
simum Numen, ut primitias istas studiorum Academicorum
mox uberiores fructus consequantur, &, qui jam in Cathedra
Philosophica cum laudestat Tuus *G. Melchior*, propediem in Ju-
ridicâ dignos suis meritis Honores impetret. Quo de ut morum
vitæque integritas, excellentia mentis, & studendi ardor inde-
fessus dubitare non sinunt; ita ut in bonum hujus cæterorumque
non minoris spei Liberorum Tuorum, immò in Publicæ rei
commodum Te, *Vir Consultissime*, DEUS quam longissimè sal-
vum, incolumem ac sospitem servet, est quod ex animo pre-
cor. Scribeb. Giesæ d. XXII. Jul. MDCCVII.

APPENDIX.

Quoniam in Spho Disputationis ultimo mentio facta est Cæsareorum Rescriptorum, & aliorum, quæ ad causam Rusticorum Hoyngensium spectant, ideirco ea hæc subnectenda putavimus.

Herr Philipp Reinhard / Graff zu Hanau / Rhienock und Zweybrücken / Herr zu Mündenberg / Lichtenberg und Ochsenstein / Erb-Marschall und Ober-Vogt zu Strassburg ic. Fügen hiemit und Krafft diesem / denen an den Hochpreislichen Kayserlichen Reichs-Hoff-Rath zu Wien gegen des Regierenden Herrn Grafens Wilhelm Moritzen zu Solms-Braunfels und Tecklenburg Liebten / als Ihren angebohrnen Lands-Herrn / litigirenden Unterthanen der Sieben Flecken der Herrschafft Hoyngen / nemlichen

Muschheim / Bellersheim / Bettenhausen / Bircklar / Niederbesingen / Rötges und Nunroth

zu wissen / demnach Der Allerdurchleuchtigst-Größmächtigst- und Unüberwindlichste Fürst und Herr / Herr JOSEPHUS der Erste dieses Nahmens / Erwehltter Römischer Kayser / zu allen Zeiten Mehrer des Reichs / in Germanien / zu Hungarn / Böhheim / Dalmatien / Croatien und Slavonien König;

nig; Erz-Herzog zu Oesterreich / Herzog zu Burgund / zu Brabant / zu Steyr / zu Kärndten / zu Crain / zu Lützenburg / zu Wirtemberg / in Schlesien / Fürst zu Schwaben / Marggraff des Heiligen Römischen Reichs / zu Burgau / zu Mähren / Ober- und Nieder-Laufnitz / Gefürstet Graf zu Habsburg / Herr auff der Bwindischen Marck / zu Portenau und zu Salins. Unser Allergnädigster Kayser / König und Herr / bereits unter dem 4ten Tag Martii des kurz zurückgelegten 1706ten Jahrs / per Rescriptum Caesareum Uns Allergnädigste Commission auffgetragen / das wir diese Differentien inter Partes gründlich untersuchen / und billich zu vergleichen trachten / die litigantische Unterthanen auch indessen zur Ruhe und ohne einige Thätlichkeit sich zu comportiren anhalten / auff deren Advocatum und diejenige aus ihnen / welche andere zu dem Proceß gegen ihre Herrschaft angereiset haben / inquiriren / und so dann über alles ingesambt / und insonderheit dieser letzteren Bestrafung halber / Unsern Bericht und Rätliches Gutachten erstatten / und das ganze Werck nach Möglichkeit befördern lassen sollen / wir auch sothanem allergnädigstem Kayserlichen Befehl zu unterthänigstem Respect, in deme darauff gefolgten Monath Junio Zwey Unserer verpflichten Rätbe / mit genugsamer Vollmacht zu dem Ende nacher Soyngen abgeordnet / das Sie sambt und sonders / dieses Ihnen Subdelegando auffgetragene Geschafft aller Gebühr nach besorgen sollen / welche dann ihrer Obliegenheit nach den 10ten Tag gedachten Monaths Junii Vormittags umb zehen Uhr daselbst die allergnädigste Kayserliche / wie auch Unsere ertheilte Subdelegations-Commission in
damah

damahligen ohnungänglicher kurzen Abwesenheit des einen
 Mit-Subdelegirten Rathes / der andere / vi clausula sambt
 und sonders / denen gesambten litigirenden Unterthanen nach
 vorhergegangener Citation, solenniter eröffnet / und deren
 ganzen Inhalt ihnen nicht nur allein ausführlich / und deut-
 lich erkläret / sondern auch sogleich darauff beyde Unsere
 Subdelegirte Rätthe / Vermöge gehaltenen Untersuchungs Pro-
 tocolli über 93. das ganze Klag-Verck in sich haltende Frag-
 Stück / die vornehmste litigirende Unterthanen aus jeder Ge-
 meinde Mann vor Mann absonderlich vernommen / und al-
 lergnädigst anbeholdner massen / bey einem jeden mit Vorstel-
 lung der Umstände die Güte ins besondere zwar sehr nach-
 drücklich / aber allerdings vergebens gesucht und eingerathen/
 worauff man dann nicht ermangelt hat / als die Sache jedes-
 mahlen zur Relation reiff genug gewesen / solche zu behörigen
 Zeiten / mit darzu nöthigen Beylagen / unter welchen auch der
 litigirenden Unterthanen grosse Replie-Schrift begriffen/
 Ihro Käyserlichen Majestät Höchstlöblichen Reichs Hof-Rath
 zu überschieken / und als den 10ten Decembris des vorigen Jahrs
 das / den 15ten Octobris vorher schon erkandt gewesene / und
 per Consilium Dies. Octobris nochmahls confirmirte allergnä-
 digste Käyserliche Rescriptum Decisivum Uns in Unserer Re-
 sidentz-Stadt Hanau / gebührend insinuiret worden / so haben
 Wir den 28ten gedachten Monaths Decembris Unsere zu die-
 ser Sachen Subdelegirte Beyde Rätthe abermahl mit dem Be-
 fehl nacher Soyngen abgeschickt / daß Sie dieses allergnä-
 digstes Rescriptum Decisivum denen litigirenden Unter-
 thanen publiciren / selbige zu Abtragung ihrer Schul-
 digkeit anweisen / und darbey all dasjenige beobachten sollen/
 was in dergleichen Fällen die Nothdurfft er fordert. Ob nun
 wohl auch dißmahl Unsere Subdelegirte Rätthe die litigiren-
 de Unterthanen den 31ten Decembris 1706. durch respective
 der

der Subdelegations Commission geschwohrnen Notarium und den gleichfalls geschwohrnen Nuncium Commissionis auf Montags den 3ten Januarii 1707. mit dem Bedeuten vor sich bescheiden lassen / umb zu vernehmen / was aus obhabendem allergnädigstem Kayserlichen Befehl von Subdelegations-Commission wegen ihnen vorzutragen seye / so haben jedoch diese litigirende Unterthanen / sonder Zweifel aus Verhaltstarrigung ihrer Eigen-Nützigen Advocaten und andern bösen Gewinnstichtigen / auch sonst interessirten Leuthen / sich dahin verleiten lassen / daß einige der litigirenden Unterthanen / die ihnen behändigte Citaciones verächtlich gehalten / und zum Despect Jhro Kayserlichen Majestät nicht erschienen seynd / sondern aus jeder Gemeind nur Einer / und zusammen Sieben Mann in Vorschein gekommen / welche angezeigt / daß vor dieser Kayserlichen Subdelegations-Commission, propter locum non tutum, und mehr anderer Ursachen halben die Gemeinden nicht zu erscheinen gedächten / sondern durch sie ein so genanntes gehorsames Memoriale cum Protestatione hiemit überreichen lieffen / alldieweil aber dieselbe mit grausamen Injuris, Calumniis, Falsis, und Criminationibus angefüllet / so haben Unsere Subdelegirte Rätthe / und übrige zur höchsten Ohngebühr angegriffene zur Commission gehörige Personen sich deswegen öffentlich ad Protocolum verwahrt / und nichts desto weniger einem jeden aus denen Sieben Gemeinden eine vidimirte Abschrift von dem mehr gemeldten allergnädigsten Kayserlichen Rescripto Decisivo vom 15ten Octobris Anno 1706. behändigen lassen / und dessen Buchstäblichen Inhalt gehersambst nachzukommen ihnen umb so viel mehr anbefohlen / als auch die von denselben propter locum non tutum, und anderer vorgebrachter Gravaminum wegen an den Kayserlichen Reichs Hoffrath interponirte / und introducte auch wiederholte Appellation durch ein Kayserliches Conclusum

sam unterm 26ten Novembris 1706. abgeschlagen/und die appellirende Unterthanen an die Commission verwiesen worden.

Gleichwie aber ob dem gansen Erfolg dieser Sache zu ersehen ist/ daß die allermeiste litigirende Høyngische Unterthanen der Sieben Gemeinden nicht wissen / was es eigentlich und wahrhaftig mit ihren Strittigkeiten vor eine wahre Bewandniß hat / indeme kaum Zwey oder Drey aus jeder Gemeind sich des Besens annehmen / diese Zwey oder Drey Gemeinds-Leuthe aber mit denen andern / weilen sie selbst den Inhalt derer Kayserlichen Rescriptorum nicht begreifen / blos und allein denen Advocatis und deren Helffers Helffern alles anheim stellen/diese aber die unverständige Bauers-Leuthe/wie es zu Tage lieget / immer zu bereden: als ob sie gar Recht hätten/ und ihre Sachen zu Wien auf das allerbeste stünden; So haben Wir eine ohnunggängliche Nothdurfft ermessen / denen gesambten Gliedern jeder litigirenden Gemeinde zum besten/die Zwey nachstehende Kayserliche Rescripta Decisiva an Uns/ wie hierunten folget/in Druck kommen/und in allen Gemeinden zu dem Ende öffentlich gehöriger Orten anschlagen zu lassen / damit sich hiernechst keiner mit der Ohnwissenheit entschuldigen könne.

I. TENOR RESCRIPTI CÆSAREI

Vom 15ten Octobris 1706.

JOSEPH von Gottes Gnaden / Erwählter Römischer Kayser zu allen Zeiten Mehrer des Reichs etc.

Wohlgebohrner Lieber Getreuer.

Wir haben Uns aus Deinem untermthänigsten Schreiben von 28. Julii nuperi und dazu gehörigen Beylagen mit mehrern gebührend referiren lassen/was an Uns Du in der von Uns obhabenden Kayserlichen Commission,

tion, die zwischen den Solms-Braunfelsischen Unterthanen des Amtes Hohnen / und deren Herrschafft / den Grafen zu Solms-Braunfels obhandene Strittigkeiten betreffend / berichtet / und für ein Gutachten abgestattet hast. Wie Wir es nun bey solch deinem Gutbefinden dergestalten bewenden lassen / daß Du von Commissions-wegen denen Impetrantibus es erinnerst / und daß sie gleich andern Unterthanen die Præstationes thun / und dieser ohnnöthigen Processen sich enthalten sollen ; Als hast Du solchem ferners nachzukommen Dir angelegen seyn zu lassen / und den gegen den N. Notarium N. & Correas bey Dir habenden Inquisitions-Process fort / und zu Ende zu führen / und darüber an Uns mit Deinem bengefügten Rächlichen Gutachten zu berichten / bis dahin Wir Uns die Sumptus Commissionis zu determiniren vorbehalten / und verbleiben Dir mit Käyserlichen Gnaden wohlgewogen. Geben in Unserer Stadt Wien den Funffzehenden Octobris Anno Siebenzehnen Hundert und Sechs / Unserer Reiche des Römischen im Siebenzehenden / des Hungarischen im Neunzehenden und des Böhmeimischen im Andern.

JOSEPH.

Vt. Friederich Carl G. v. Schönborn.
Ad Mandatum Sac. Cæs.
Majestatis proprium.

Frank Wilberich von Menschungen.

Dem Wohlgebohrnen Unserm und des Reichs Lieben Getreuen
Philipp Reinhard / Grafen zu Hanau und Herrn
zu Müngenberg und Lichtenberg.

II. Tenor

II. Tenor des Kaiserlichen Rescripti,
Vom 24. Decembris 1706.

I O S E P H von Gottes Gnaden / Erwahlter
Romischer Kaiser / zu allen Zeiten Mehrerer
des Reichs ꝛc.

Wohlgebohrner Lieber Getreuer.

WIr haben Uns aus Deiner Unterthanigsten Relation
vom 24. Novembris nachsthin und dessen P. S. mit
mehrern gebuhrend referiren lassen / was an Uns
Du darin / in der von Uns obhabenden Kaiserlichen Com-
mission, die zwischen dem Grafen von Solms-Braunfels/
und Seinen Unterthanen des Amtes Hoyngen vorhandene
Strittigkeiten betreffend / berichtet hast / und daraus die
Renitenz / so der Advocat N. Unserer Kaiserlichen Com-
mission bezeiget / ungenadigst vernommen. Wie Wir nun
aber hierunter an Dich Unsern gnadigsten Kaiserlichen Ver-
haltens-Befehl allbereit unter dem 15ten Octobris nuperi
haben ergehen lassen / also hast Du demselben gemaß ferners/
und sub Poena Contumaciae zu verfahren / allenfalls auch
cum Voto an Uns zu berichten / benebens aber nicht weniger
die Unterthanen / als welche / des Grafen Anbringen nach/
die Prastanda in keine Weise prastiren wolten / sondern sich ge-
gen die dißfalls wider sie gefuhrte Execution gesetzt hatten / zu
Folge Unsers am vorbesagten 15ten Octobris ergangenen
Conclusi ad Prastationem Prastandorum anzuhalten. An-
deme beschicht Unser ferner gnadigster Will und Meynung/
und Wir verbleiben Dir mit Kaiserlichen Gnaden wohlge-
wogen. Geben in Unserer Stadt Wien den 24. Decembris
Anno Siebenzehnen Hundert und Sechs / Unserer Reiche
des

QK 7c 1819

es (o) so

des Römischen im Siebenzehenden / des Hungarischen im
Neunzehenden und Böhmeischen im Andern.

X2425781

JOSEPH.

V. Friedrich Carl. G. v. Schönborn.
Ad Mandatum Sac. Cæs. Maje-
statis proprium.

Dem Wohlgebohrnen Infirm und des Reichs Lieben Gerrenen Philipp
Reinhard Craffen zu Hanau und Herrn zu Müntzen-
berg und Lichrenberg.

Hierauff nun so befehlen Wir hiemit/ aus obhabendem
aller gnädigstem Geheiß/ denen mit ihrem angebohrnen
Lands. Herrn bishero ligitirenden Unterthanen derer
obgenandten Sieben Flecken der Herrschafft Soyngen samt
und sonders/ daß sie nunmehrero von denen bishero geführten
obhündthigen Proceffen absehen/ und deren sich enthalten / hin-
gegen aber gleich andern Unterthanen Ihrem gnädigen Lands.
Herrn die Præstationes thun/ oder aber gewärtig seyn sollen/ daß
wann sie wider bessere Zuversicht / auff dem wider spenstigsten
Ohngehorsamb verharren werden/ ihnen alsdann/ wie in der-
gleichen Halsstarrigen Fällen üblich und gewöhnlich ist/ die sehr
empfindliche Militarische Execution, falls sie innerhalb Vier
Wochen à dato an Uns in Unserer Residenz Hanau die gelei-
stete Paritionem mit Beybringung Glaubwürdiger Scheinen
von ihrer Gnädigen Herrschafft nicht genugsam dociren wer-
den/ obhesehbar zugeschickt werden solle/ bis ein Jedernach Pro-
portion, die Schuldigkeit völlig abgetragen haben wird/ wor-
nach sie sich sambt u. sonders/ ein vor allemahl zu richten haben.
Geben unter Unserer Eigenhändigen Unterschrift und beyge-
druckten gewöhnlichen Insiegel in Unserer Residenz. Stadt
Hanau den 14te Tag Febr. Anno 1706.

(L.S.) P. R. G. J. Hanau.

ML



im

orn.
laje-
agen.
itipp

dem
nen
erer
amt
rten
hin-
nds
/daß
yffen
der
sehr
Bier
gelei-
einer
wer-
Pro
wor-
aben.
enge-
tadt

710







Vc
1819

D. B. V.

TICUS TIOSUS,

quem,

CTORE
CENTISSIMO,
INCIPE AC DOMINO,
DOVICO,

SSIÆ, PRINCIPE HERS-
IN CATTIMELIBOCO,
A, NIDDA, SCHAUMBURGO,
BUDINGA, &c. &c. &c.

GRAVIATUS HÆREDE,
Æ S I D E

UELE WEBERO

AREO, JURIUM ATQUE
OFES. PUBL. ET ACADEM.
ECÆ PRÆFECTO.

ie Studiorum suorum promotio-
num Venerando,
edram producet,
ugust. A. MDCCVII.
A. R.



Hofmann / Spirá-Nemes.

u, Typis Hennigi Mülleri.